GRAMMATICA ARABICA,

quinque libris methodicè explicata

A

THOMA ERPENIO,

Arabicæ, Persicæ, etcæt. Linguarum Orientalium in Academia Leidensi Professore.

LEIDÆ,

In Officina Raphelengiana,

1613.

Pour le R. P. ...

Nobilißimis Amplißimisq́ꝫ,

ADRIANO A MATHENES,

Equeſtris dignitatis viro,

Domino in Mathenes, Opmeer, &c.

ET

CORNELIO VANDER MYLE,

Equiti aurato,

Domino in Myle, Bleskens graue, &c.

Academiæ Leidenſis Curatoribus:

NEC NON

Amplißimis Prudentiſsimisq́ꝫ viris,

FRANCONI DVICK DE IODE,

NICOLAO HADRIANI A LEEVWEN,

IOANNI A BAERSDORP,

CASPARO A BANCHEM;

Vrbis Leidenſis Conſulibus:

ET

Clariſsimo Conſultiſsimoq́ꝫ viro

NIC. A ZEYST, D D. Curat. à Secretis,

& Vrbis Syndico:

Dominis ſuis plurimùm colendis.

RES certa est, & quæ probatione non indiget, Nobilissimi Amplissimique Viri, Linguæ Arabicæ, quæ longè & antiquissima & elegantissima est, cognitionem summè vtilem & necessariam esse, tum ad illustrandam linguam Hebræam & reliquas Orientales; tum ad intelligenda infinita, eaq; eximia in omni genere scientiarum volumina, ab Arabibus, septingentis integris annis, quibus studia apud eos, per vniuersam ferè Africam & Asiam, & Europæ quoque Regnum Hispaniam floruerunt, conscripta; tum ad restituendos nostris hominibus veterum Græcorum & Latinorum libros quamplurimos, qui apud Arabes integri extant, apud nos verò aut perierunt, aut corrupti admodùm & deprauati solùm reperiuntur; tum ad intelligenda solidè, & confutanda pestifera impostoris illius & seductoris Ismaëlitici, Machomedis inquam Mechani dogmata, quibus potissimam orbis Christiani partem miserè seductam & implicatam videmus; tum denique ad peregrinationes, & conuersationem cum populis plerisque Africanis & Asiaticis, apud quos vel in vsu

vulgari

vulgari est ea lingua, quales sunt Mauri, Numidæ, Ægyptii, Arabes, Palæstini, Syri, & alii; vel eum saltem obtinet vsum, quem apud nos Latina, tum priuatim apud doctos, tū publicè in Ecclesiâ & foro, quales Turcæ, Persæ, Tartari, Indi, aliiq́; ita vt post natas linguas, nullius vnquam linguæ vsus tam latè patuerit. Vnde viri eruditione & prudentiâ excellentes quamplurimi, diu optârunt vt lingua hæc à Christianis quoque excoleretur, & in Academiis eorum cum Latina, Græca, & Hebraica publicè doceretur; quod & olim in Viennensi Concilio decretum fuisse legimus: At quæ præterlapsis aliquot seculis regnârunt barbaries neglectúsque literarum, id non permisere. Et superiori etiam seculo restitutio literarum Latinarum & Græcarum, & cultura quoque Hebraïcarum, ingeniis quibusque excellentioribus tantum exhibuit negotii, vt de huius linguæ introductione & culturâ seriò iis hactenus vix licuerit cogitare. At nunc pulsatâ barbarie, & ad pristinum ferè nitorem linguis Latinâ & Græcâ reductis, & Hebraïcâ quamfælicißimè quoque excultâ, hæc tandem quoque locum aliquem videtur nactura.

Itali   * 3

Itali certè eius culturæ & promotioni seriò videntur intenti. Typographiam enim Arabicam instructissimam, atque elegantissimam, ex qua iam libri aliquot insignes, toto orbe celebres, prodiere, Romæ instituit GREGORIVS XIII. P. M. *de quâ ornandâ & exercendâ, sollicitus quoque nunc esse videtur* PAVLVS *V. qui & nuper edicto sanciuit*, vt in cuiuscunq;. ordinis & instituti Regulariũ maioribus ac celebrioribus Studiis, præter Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ linguæ, Arabicæ etiam doctores, qui eam actu & diligenter doceant, habeantur. *Gallos quoque, Anglos, & Germanos eadem de studiis Arabicis excolendis & promouendis cura tenet atque sollicitudo: multiq; inter eos sic satis fæliciter incipiunt Arabicari. Vestris autem, Viri Nobilissimi, & Amplissimi, auspiciis, studia quoque illa florescunt apud Belgas, in Academiâ vestrâ, quam Vobis Linguæ Arabicæ amore impulsis, professione eius publicâ visum fuit instruere atque ornare. Ad quam cùm me adsciueritis, sperantes fore vt fæliciter ei muneri praeessem, omni studio mihi puto contendendum esse, ne spem vestram fallam. Vnde cùm sciam haudquaquam*

fæliciter

fæliciter linguam hanc absque ope Grammatices doceri posse, nec vllam hactenus à Christianis (nam ipsi Arabes quamplurimas habent, & exactissimas) euulgatam esse, quæ Philarabum desiderio satisfacere possit; visum mihi fuit in lucem edere breue quoddam Grammaticalium præceptorum σύστημα, quatuor ferè abhinc annis, hortatu Clarissimi viri, eiusque linguæ & studiosissimi, & peritissimi, ISAACI CASAVBONI, *(cui quantum habent tantum debent Musæ meæ Arabicæ,) in Gallia à me conscriptum; ac congestum partim ex meis obseruationibus, partim ex ipsorum Arabum scriptis Grammaticalibus, quorum copiam habui ab amicis meis summis, ac Arabismi cultoribus eximiis,* STEPHANO HVBERTO, *Christianissimi Regis Medico, ac Literarum Arabicarum in Academia Parisiensi professore Regio;* GVILELMO BEDWELLO, *Anglo, &, cuius paullo antè memini,* ISAACO CASAVBONO; *qui simul atque me, & Arabicæ linguæ in me desiderium nouisse cœpit, statim omnem mihi supellectilem suam Arabicam vltrò communicauit: vtq; Grammaticam meam, hortatu, vt iam dixi, eius conscriptam vidit,*

vidit, suo eam comprobauit calculo; indesinenterq́ optauit, vti publici fieret iuris. Eam igitur nunc, politam nuperrimè à me nonnihil & auctam, quò spei vestræ quam de me concepistis respondeam, fæliciterque & cum fructu Arabum linguam doceam, typis euulgo; Vestraq́ Amplitudini Dedico & Consecro, tum vt meæ erga Vos gratitudinis & obseruãtiæ sit τεκμήριον, tum vt Philarabis omnibus meliùs constet, editionem eius Vobis, qui huic me muneri præfecistis, acceptam esse referendam: Vosq́ vehementer etiam atque etiam rogo, vt leuidense hoc munusculum, studiiq́ mei Arabici primitias æqui boniq́ consulatis. Valete: Academiæq́ & Reip. diu viuite incolumes. Leidæ, decimotertio Cal. Sept. anno à nato Messia M. D. C. XIII.

Ampl. Vestræ
addictissimus
THOMAS ERPENIVS.

GRAMMATICÆ ARABICÆ Liber Primus,

DE ORTHOGRAPHIA.

CAPUT PRIMUM
De Literis.

ARABUM literæ consonantes sunt XXVIII: quarum nomina, ordinem, & figuras cum suis potestatibus sequens tabella exhibet.

Ordo.	*Nomen & Potestas.*		*Figura,* in fine dictionis: annexa præced.	in fine dictionis: non annexa præced.	extra finem dictionis: annexa præcedenti.	extra finem dictionis: non annexa præcedenti.
1	Eliph *Spiritus lenis Græcorum, א Hebræorum.*	ألف	ـا	ا	ـا	ا
2	Be. B.	باء	ـب	ب	ـبـ	بـ
3	Te. T.	تاء	ـت	ت	ـتـ	تـ
4	Tshe. *T blæsum.*	ثاء	ـث	ث	ـثـ	ثـ

5	Gſim. *G Gallorum ante e & i.*	جِيمٌ	ج	ـج	ـجـ	جـ
6	Hha. *ח Hebræum, id eſt, duplex H ex imo; eſſore protractū. H, HH*	حَاءٌ	ح	ـح	ـحـ	حـ
7	Cha. *Ch ſeu χ Græcorum cum raſione gutturis*	خَاءٌ	خ	ـخ	ـخـ	خـ
8	Dal. *D.*	دَالٌ	ـد	د	ـد	د
9	Dſhal. *D blæſum.*	ذَالٌ	ـذ	ذ	ـذ	ذ
10	Re. *R.*	رَاءٌ	ر ـر	ر ـر	ر ـر	ر ـر
11	Ze. *Z, aut S inter duas vocales.*	زَاءٌ	ز ـز	ز ـز	ز ـز	ز ـز
12	Sin. *S initio dictionis, aut poſt conſonantem.*	سِينٌ	ـس س	ـس س	ـسـ ـسـ	سـ سـ
13	Sjin *Sj Belgarum, ch Gallorum Sch. Germanorum, & Sh Anglorum.*	شِينٌ	ـش ش	ـش ش	ـشـ ـشـ	شـ شـ
14	Tſad. *TS, ſed ita ut S magis quàm T audiatur.*	صَادٌ	ص	ـص	ـصـ ـصـ	صـ صـ
15	Dshad. *Idem blæſè.*	ضَادٌ	ض	ـض	ـضـ ـضـ	ضـ ضـ
16	Ta. *T in gutture pronuntiatum.*	طَاءٌ	ط	ـط	ـطـ	ط

17	Dsha. *Idem blæsè; vix differt à* ض	ظَاءٌ	ظـ ظـ	ـظـ	ـظ	ظ
18	Ain. ע *Heb. difficillima scera.*	عَيْنٌ	ـع عـ	ع	ـعـ	ع
19	Gain. *G in gutture pronunciatum.*	غَيْنٌ	ـغ غـ	غ	ـغـ	غ
20	Fe. F.	فَاءٌ	ف ف ف	ف	ـفـ	ف
21	Kaf. *K in gutture pronunciatum.*	قَافٌ	ق ق ق	ق	ـقـ	ق
22	Kef. *C ante a o u, id est K in anteriori parte oris.*	كَافٌ	ك ك ك	ك ك	ك ك	ك ك
23	Lam. L.	لَامٌ	ـل	ل	لـ	ل
24	Mim. M.	مِيمٌ	ـمـ م	مـ	ـمـ	م
25	Nun. N.	نُونٌ	ن ن	ن	ـنـ	ن
26	Waw. *W nostrum, Germanicum, Anglicum.*	وَاوٌ	و و	و و	و و	و و
27	He. H.	هَاءٌ	ـه ه	ـهـ	هـ	ه
28	Ie. *י Heb. id est J consona, quam concant Galli suo more pronunciant: is enim sonus τῦ* ج *est.*	يَاءٌ	ـي ي	ـيـ	يـ	ي

De Nominibus literarum.

NOMINA hæc τεχνικὰ ſunt, vt apud nos Be, Ce, El, Em, Ix, Zeta, &c. quòd ſi quædam aliud etiam ſignificant, caſu ſunt æquiuoca. Declinantur autem Arabibus more reliquorum nominum, vnde terminationem *on* in nominatiuo adſciſcunt, quam ego breuitatis causâ Latinè non expreſſi, vt ipſi quoque Arabes in recitatione Alphabeti ſui eam negligunt. Elif etiam interdum *Hamze* vocatur: ratio pòſt patebit.

De Ordine.

ORDO iſte nunc apud vniuerſos Arabes in vſu eſt, niſi quòd nonnulli و τῷ ه poſtponunt, & Mauri plerique paulo alium malunt vſurpare, quem decem fictis vocabulis in hunc modum repræſentant.

ابـــت	ثـــج
حخـــدذ	رز ـــط
ظكـــل	من ـــص
ضعـــغ	فق ـــس
شهـــو	لا ـــي

Olim Hebræorum ordo obtinuit, ſex illis aſperioribus

ribus, quas hi non agnoscunt, ad finem adiectis; cumque hisce vocibus artificialibus exprimunt.

أَبْجَـــد هَـــوَز

حُطِـــي كَلَمُـــن

سَعْفَـــص قَرَشَـــت

ثَخَـــذ ضَظَـــغ

De figuris literarum.

SEPTEM scripturæ Arabicæ reperiuntur genera, quorum

Primum & potissimum est نسخي *Nischi*, quo Alcoranus vulgò apud illos solet scribi, apud nos autem libri excudi.

Secundùm تعليق *Taalik*, quo Persæ vtuntur, quique ad *Nischi* se habet vt typi Hebræi Henrici Petri ad typos Plantinianos aut Bombergianos.

Tertium ديواني *Diwani*, quod in forensibus & quotidianis negotiis Turcæ vsurpant, maximè cùm Turcicè scribunt; habetque se ad *Nischi* vt *Masket* Hebræorum ad scripturam Assyriacam. Ad huius scripturæ elegantiam pertinere videtur, quòd lineæ in progressu ascendunt, maximè versus finem: rarò enim

quid hâc scripturâ expressum videas in quo id non contingat.

Quartum قِرْمَة *Kirma*, cuius vsus ferè tantùm est in tabulis accepti & expensi Imperatoris Turcarum. hoc minùs attentè consideratum similius videtur esse scripturæ vulgari Iudæorum quàm τῷ *Nischi*: literis enim constat exiguis, nec inuicem connexis.

Quintum ثُلْثِي *Sjulsi*, in titulis librorum & diplomatum adhiberi solitum, habetque se ad *Nischi* vt maiusculi illi characteres Latini, quibus librorum tituli apud nos excudi solent, ad characteres cõmunes; literæ enim eædem sunt quæ *Nischi*, sed multò maiores & pinguiores, mireque elegantibus ductibus cohærentes.

Sextum يَاقُوتِي *Iakuti*, & septimum رَاحِنِي *Rahani*, sic dicta ab auctoribus suis يَاقُوت & رَاحِن qui ad maiorem scripturæ venustatem, vt sunt Arabes καλλιγραφίας studiosissimi, peculiares quosdam literarum ductus & nexus suo quisque modo excogitârunt.

Hisce octauum addi queat *Mauritanicum*, quod satis multum à præcedentibus differt; quâ de re pòst nonnihil.

Nos typorum inopiâ primæ tantùm scripturæ tanquam præcipuæ & primitiuæ, quâque cognitâ reliquæ nullo ferè negotio addiscuntur, literales figuras pro-

propoſuimus in tabula alphabetica, cuius prima columna primarias & quaſi genuinas quæ in principiis dictionum adhiberi ſolent exhibet, reliquæ ſecundarias, quæ ex illis celerioris ſcriptionis & ornatus gratiâ deflectuntur, dum videlicet cum præcedentibus connectuntur, vel in fine liberiori quodam tractu protrahuntur, vnde omnes poſt أَدَذَرزُو quæ connexionem cum ſequenti repudiant, vt initio pinguntur, niſi in fine protrahendæ ſint. ا tamen & ل ſubiungendum peculiare quiddam habet: nam aut ſeparatim illi apponitur & quaſi cadens includitur, ſic لا; idque cum maximè cum ل præcedenti annectitur, aut cum illo in vnum coaleſcit, hoc modo ﻻ لا, quum ل non cohæret cum aliâ: atque iſtæ literæ ſic coniunctæ nomine compoſito vocantur *Lamelif*, ac ſi vna eſſent; vt & quidam opinari videntur dum vltimæ alphabeti literæ eas præponunt; at malè.

Literæ autem ſeparatim extra dictionem repræſentandæ figurâ finali illigabili exprimuntur: vt, ب ل م ي

Variant interdum, in codicibus manuſcriptis præcipuè, vt non omnes vno modo & æquè benè pingunt, figuræ nonnihil à ſuprà poſitis; ſed ea variatio tanta eſt, vt facilè nec regulis comprehendi, nec typis repræſentari poſſit: tu talia exemplaria nactus diligenti conſidera-

ſideratione & cum his noſtris collatione facilè eas agnoſces & obſeruabis, etiam in omni ſcripturæ genere: eſſentialem enim ab his differentiam non habent, niſi quòd occidentales Arabes *Kaf* vno puncto supernè inſigniunt, hoc modo ڧ , τῷ *Fe* verò, vt ab illo differat, ſuum apicem ſubiiciunt, in hunc modum ڢ : quâ quidem notâ certò dignoſces codices eorum ab iis qui in Oriente exarati ſunt.

Orientales autem pro triplici puncto τῷ ش lineolam interdum adhibent hoc ۘ aut hoc modo سٛ. Vtrique compendii gratiâ omittunt ſubinde puncta illa διακριτικὰ, quibus ſolis figuræ quædam diuerſarum literarũ diſtinguuntur, vt ب ت ث ج ح خ ف ق vnde ſcriptura exſurgit lectu & intellectu difficillima: parum eſt quod interdum in vnâ & alterâ literâ negligantur quæ abſque iis facilè agnoſcitur, vt in le finali hoc modo ى ſcripto, quod paſſim accidit.

Plerumque tamen puncta illa διακριτικὰ ſolent adiici, quin & iis figuris quæ illorum abſentiâ ab aliis diſcernuntur, ſcilicet ح د ر س ص ط ع quædam interdum apponi notæ ſignificantes debitam punctorum abſentiam, τῶν ر س د quidē supernè iſtæ ˇ ˇ hoc modo دٚ رٚ سٚ, reliquis verò infernè ſimiles illis aliæ minori vt plurimum formâ, ſic ح ص ط ع.

Idem

Idem ſubinde τῷ س contingit, cui & eâdem de cauſa interdum tria puncta ſubiiciuntur, hoc modo ش. Ita τῷ He finali aliud ſuperponitur in hunc modum ه indicans abſentiam punctorum quibus interdum inſignitur; de quo poſtea. Hæc tamen hodie rarò & non niſi in accuratiſſimè ſcriptis obſeruantur.

Figurarum in dictione, & dictionum in lineâ ea eſt conſequutio quæ Orientalium ferè omnium, à dextrâ ſcilicet ſiniſtram verſus.

Pleræque autem figuræ baſi lineæ incumbunt, nec vllæ infra eam deprimuntur præter ر ز ـر ـم ـر و & لا itemque finales protractas; vnde ج ح خ annectendæ literis quæ ductum ſuum in baſi lineæ terminant, ne ipſæ deprimantur, eas cumque iis ſæpè alias connexas eleuant: vt تَجْرِبَةٌ *experientia* non تَجْرِبَةٌ: ſic التَّجْرِبَةُ, اَلْمُخَاطِبُ *colloquens* شَحْطٌ *remotio*, &c.

Quæ autem vnius ſunt dictionis, iuſtè à ſe inuicē ſeparatæ ſunt, nec nimis magnis diſtantiis aut vinculis ſe mutuo cōſequuntur, niſi lineæ quātitas obſtet; dictio enim in fine eius ſcribēda ſi ſatis loci non reperiat, admittit inter inconnexas grandius ſpatium, ac inter eas in duas partes ſecatur, quarum prior lineam reliquis adæquat, poſterior in margine ponitur, hoc modo.

كـمل B

كُلَّ ٱلْحِذَاءِ يَحْتَذِي ٱلْحَا فِي *Omni calceo calceatur γυμνόποδης.*

Crebrò tamen priori ſuperponitur, ſic

ٱلْحَيَا يَمْنَعُ ٱلرِّزْ ق *Verecundia prohibet largitionem.*

Interdum initio ſequentis lineæ collocatur, quod perpetuò obſeruant libri typis excuſi. Si autem diſſectionem iſtam dictio aliqua commodè non admittat, tota initio ſequentis lineæ reſeruatur,& ad lineæ complementum præcedentis dictionis vinculum aliquod producitur in hunc modum:

فِي ٱلْبَدْءِ كَانَ ٱلْكَلِمَةُ وَٱلْكَلِمَةُ كَانَ
عِنْدَ ٱللهِ وَٱللهُ هُوَ ٱلْكَلِمَـــــــــــــــة
كَانَ هَذَا قَدِيمًا عِـــــــنْــــــــــــد
ٱللهِ

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.erat hoc æternum apud Deum.

Quæ vinculi productio in principio aut medio lineæ etiam interdum adhibetur ornatus gratiâ,maximè in trito illo

بِسْــــــــــــــمِ ٱللهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ

In nomine Dei miſeratoris miſericordis.

Dictio-

Dictionum à se inuicem distantia maior quàm quæ est literarum vnius dictionis in manuscriptis vix obseruatur, quòd fines earum figuris literarum finalibus vt plurimùm facilè cognoscantur: At periodorum sic satis magna ferè adhibetur, quin & notis hisce ۞ * *⁎* • ∴ & similibus, itemque . ع & ۝ fines earum non rarò indicantur; quæ tamen necessitate aliquâ vrgente periodi mẽbris distinguendis inseruiunt: particulares enim distinctionum & certarum orationis qualitatum notas extra Alcoranum non facile est reperire: at in eo ط minio voci supernè adscriptum periodi finem, aut colon designat, vt ج hypocolon, & لا comma, nisi, quod malim, hoc vnionis potius quàm distinctionis notam esse statuas: triplex autem punctus crassus & caudatus hoc modo ⸫, & in quibusdam exemplaribus vnus solùm sic •, rhythmi nota est, non distinctionis, etsi rhythmo sententiæ non rarò terminentur. Atque hæc diabolico illi libro peculiaria sunt, vt alia pleraque, de quibus aliàs. Ait Theseus Ambrosius • commatis, : coli, ∴ hypocoli, ⁝ interrogationis, ⁖ responsionis, & ⁘ periodi apud Arabes notas esse: sed fides sit penes auctorem.

Πάρεργον.

Solent Arabes Christiani & Iudæi odio Mahomedanorum pleraque sua quæ ad religionem spectant

ſcripta Arabica alio charactere conſignare, illi quidem Chriſtiano, id eſt Syriaco, hi verò Iudaico, id eſt Hebræo. Ac tum literas ض & ظ more Arabum formant ab affinium figuris appoſito puncto in hunc modum צֿ טֿ ܨ̇ ܛ̇: خ autem & غ à Caf & Gimel, Iudæi quidem ſuperſcripto raphe, hoc modo כֿ גֿ, quibus גֿ eſt غ & כֿ خ: Syri verò ſubſcripto puncto, ſed ſoli Caf, ſic ܟ̣, nam Gimel manet nudum, cui vt repræſentet غ punctus inſcribitur, hoc modo ܓ̇. Literis autem ث & ذ exprimendis Syri ܬ & ܕ id eſt figuras ܬ ܕ nullo conſtituto diſcrimine etiam adhibent: ſecus Iudæi, qui has cum daghes, ſic דּ תּ, illas cùm raphe, in hunc modum דֿ תֿ, exprimunt, vt tale ſit vtrorumque alphabetum Arabicum.

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ع

א ב ת תֿ ג ח חֿ ד דֿ ר ז ס ש צ צֿ ט טֿ ע

ܐ ܒ ܬ ܬ ܓ ܚ ܟ̣ ܕ ܕ ܪ ܙ ܣ ܫ ܨ ܨ̇ ܛ ܛ̇ ܥ

غ ف ق ك ل م ن ه و ي

גֿ פ ק כ ל מ נ ה ו י

ܓ̇ ܦ ܩ ܟ ܠ ܡ ܢ ܗ ܘ ܝ

vnde ſcriptura exſurgit huiuſmodi:

يا

يا نفسي باركي الرب وكل احشاي
فلتسبح اسمه القدوس يا نفسي باركي
الرب ولا تنسي كل جزاه لانه غافر جميع
اثامك ومشفي كل اسقامك ومنقذ من
الفساد حياتك يشملك بالرحمة والرافة
يعطيك شهواتك من الخيرات يجدد
شبابك مثل النسر.

יא נפסי בארכי אלרב וכל אחשאי פלתסבח אסמה אלקדוס יא נפסי
בארכי אלרב ולא תנסי כל גזאה לאנה גאפר גמיע אתאמך ומשפי
כל אסקאמך ומנקד מן אלפסאד חיאתך ישמלך באלרחמה ואלראפה
יעטיך שהואתך מן אלכיראת יגדד שבאבך מתל אלנסר׃

ܝܐ ܢܦܣܝ ܒܐܪܟܝ ܐܠܪܒ ܘܟܠ ܐܚܫܐܝ
ܦܠܬܣܒܚ ܐܣܡܗ ܐܠܩܕܘܣ ܝܐ ܢܦܣܝ ܒܐܪܟܝ
ܐܠܪܒ ܘܠܐ ܬܢܣܝ ܟܠ ܓܙܐܗ ܠܐܢܗ ܓܐܦܪ
ܓܡܝܥ ܐܬܐܡܟ ܘܡܫܦܝ ܟܠ ܐܣܩܐܡܟ
ܘܡܢܩܕ ܡܢ ܐܠܦܣܐܕ ܚܝܐܬܟ ܝܫܡܠܟ
ܒܐܠܪܚܡܗ ܘܐܠܪܐܦܗ ܝܥܛܝܟ ܫܗܘܐܬܟ ܡܢ
ܐܠܟܝܪܐܬ ܝܓܕܕ ܫܒܐܒܟ ܡܬܠ ܐܠܢܣܪ܀

O anima mea benedic Domino, & omnia viscera mea laudent nomen

nomen eius sanctum: O anima mea benedic Domino, nec obliuiscere retributionum eius: nam ipse remittet omnia peccata tua; & sanabit omnes morbos tuos; liberabitque ab interitu vitam tuam, Coronabit te misericordia & benignitate; dabit tibi desideria tua ex bonis; renouabit iuuentutem tuam vt aquilæ.

De Potestate figurarum.

POTESTAS seu valor figurarum est quod ipsæ tanquam signa repræsentant: estque primaria aut secundaria: primaria est ipse literarum sonus, quem aliarum linguarum characteribus, quorum valor notus est, in tabula quàm potuimus conuenientissimè expressimus; quod in plerisq. commodè satis fieri potuit, in aliis non item. præcipua difficultas est in ذ ح ث ض ط ع غ maximè in ح ع quæ viuam docentis vocem requirunt.

De solis ت & ة pauca quædam hîc addenda sunt: ea enim valorem suum interdum mutant: ة quidem in eum qui est ت, in cuius indicium huius puncta supernè assumit hoc modo ة: quod in finibus nominum tantùm accidit, ad genus fœmininum aut plurale designandum; vt post fiet manifestum.

ن autem vocali destitutum, positumque immediatè ante aliud ن aut literas ح ع خ ه ا retinet quidem proprium sonum, non secus acsi vocalē possideret, inque eius indicium supernè insignitur Nun rubro,

bro, vt الأنهار *fluuii* مِنْ عَبْدِ اللهِ *à seruo Dei*: sed ante alias sonum variat: Nam,

1 Ante ب sonat vt Mim; idq. indicat Mim rubrum ei superscriptum, vt عَنْبَر ambaron, non anbaron, *ambra*, مِنْ بَيْتٍ mim beitin, non min beitin, *de domo*. Sic Latini & Græci N ante B in M mutant: vt, imbibo, ἰμβάλλω, pro inbibo, ἐνβάλλω.

2 Ante يرملون accipit sonum sequentis, superposito Gain rubro, & apposito ad يرملون duplicitatis notâ tesdid, de quâ postea: vt, مِنْ رَبٍّ mirrabbin, non min rabbin, *à domino*. مِنْ لَيْلٍ illeilin, non min leilin, *à nocte*. Sic Latini & Græci illicitus, immunis, ἐλλείχω, ἐμμύω, pro inlicitus, inmunis, ἐνλείχω, ἐνμύω.


3 Ante reliquas sonat N cum G mixtum, quomodo Turcæ آنكه non rarò pronuntiant, & vulgò nunc solet efferri נ Hebræum: eiusque soni nota est Cha superscriptum, & rubedo puncti τοῦ Nun: vt أنزل angzala, non anzala, *demisit*: مِنْ طِينٍ ming tinin, non min tinin, *ex luto*. Ante ق autem & ك G illud τοῦ N adiunctum est manifestius, sonusque ille mixtus fortior & vehementior, idq. indicat punctum

τοῦ

τῶ Nun rubricâ triplicatum, vt مُنْقَلِبٌ mungkalabon *conuersus*: مِنْ قَلْبِهِ ming kalbihi *ex corde suo*: مُنْكَدِرٌ mungkedaron, *conturbatus*: مَنْ كَفَرَ meng kefera *qui infidelis est*. Sic & N apud Latinos ante C eum quoque sonum vulgò habet: vt, incumbo, incredulus, quæ pronuntiamus ingcumbo, ingcredulus; & similiter apud Græcos ante K, sed in γ mutatum vt συγκλάω, σφίγκα.

Secundaria figurarum potestas sunt numeri, quorum notæ sunt eodem modo quo Hebræis suæ: alphabeti enim ordine antiquo (vt suprà descripti) primæ IX literæ vnitates exprimunt, IX sequentes denarios, reliquæ centenarios, vltima غ millenarium: cæteros additione supplent sicut Hebræi, vt يا sit 11, يب 12, يج 13, يد 14, يه 15, كا 21, كج 23, قل 130, غق 1100, غش 1300, غخيج 1613, غغغ 3000, &c.

Reperiuntur tamen etiam in antiquissimis libris peculiares numerorum figuræ, quas ex codice meo Euangeliorum anno à natiuitate Christi 1272 exarato, & vetustissimo chronico, lubet hîc exprimere.



1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 20 30 40
50

ن	س	ع	ف	ص	ق	ر	ش
50	60	70	80	90	100	200	300

Sic centenarii qui sequuntur & millenarii peculiaribus proculdubio etiam characteribus indicantur, sed mihi nondum visis. reliquos ex his componunt more nostro: sic يب est 12, لز 37, قيد 114, &c.

Recentiores Arabes alias etiam ab Indis mutuati sunt, quas & his adiiciendas duximus.

١ ٢ ٣ ٤ ٥ ٦ ٧ ٨ ٩ ٠
1 2 3 4 5 6 7 8 9 0.

His eodem prorsus modo vtuntur quo nos vulgaribus istis nostris, vt ١٠ sit 10, ١١ 11, ١٢ 12, ٢٠ 20, ٣٠ 30, ١٠٠ 100, ٤٠٠ 400, ١٠٠٠ 1000, ١٦١٣ 1613, & sic cætera. Obseruandum autem est pro decima (.) non rarò vsurpari quintam ٥; sed tunc quinarius hâc figurâ exprimitur ۶: sic ۵٠٠ est 500, ١۵۵ 155.

Sed ad figuras nostras literarum reuertamur: quarum duplici valori addi videtur posse tertius, quo compendii gratiâ signa integrarum dictionum sunt, assumptâ vt plurimum supernè hac ⁓ figurâ in mysterii huius indicium; idque accidit vocabuli significandi

candi, si solum sit, literæ primæ; vt ص pro صَدِيقٌ *iustus*, ج pro جَمْعٌ *plurale*, ط pro طَرَفٌ *finis*, si cum aliis coniunctum, vel primæ, vt كهيعص pro كَافِي هَادِي يَدُهُ عَلِيمٌ صَادِقٌ *Efficax* (scilicet *est Deus*,) *director* (*fidelium*,) *manus eius* (*sustentat omnia*,) *sciens* (*omnia*,) *verax* (*in promissis suis*.) vel alii, puta primi vocabuli primæ, medii mediæ, vltimi vltimæ; vt عم pro عَلَيْهِ السَّلَامُ, נע״ה, *super eo sit pax*: الم pro أَنَا اللّٰهُ أَعْلَمُ *Ego Deus sum sapientissimus*.

CAPVT SECVNDVM.

De diuisionibus literarum.

DIVIDVNTVR hæ literæ multifariam, ratione scilicet pronuntiationis, roboris, affinitatis, officii, & societatis.

Ratione pronuntiationis: in Gutturales, quæ nullum certum linguæ situm aut labiorum motum requirunt, sed in ipso gutture efformantur, suntque أحخعغه

Labiales, quæ labiorum operâ pronuntiantur, بومف.

Palatinas, quæ efferuntur mucrone linguæ inferius palatum

palatum tangente, & interiori eius parte superius palatū pulsando sonos distinguente, & sunt جيقكي.

Dentales, quæ proferuntur mucrone linguæ tangente superiores dentes, vel infernè ثذظ, vel internè تدطلن.

Linguales, quæ proferuntur mucrone linguæ superius palatū mobiliter tangendo, suntq́. زرسشصض. Hæ vnà cum dentalibus Solares vocantur, vt reliquæ omnes Lunares.

Ratione roboris diuiduntur literæ in Debiles, quæ inter pronuntiandum interdum eneruantur, sonoque proprio amisso alii inseruiunt, quales sunt tres أوي; & Robustas, quibus id non accidit, quales reliquæ omnes.

Ratione affinitatis, in Permutabiles, quæ facilè inuicem commutantur, quales eæ ferè omnes sunt quæ eiusdem sunt organi, maximè ض & ظ, itemque Debiles أوي; & Inpermutabiles, quæ non permutantur inuicem, vt pleræque aliæ.

Ratione officii, in Radicales, quæ radicem ipsam seu thema perpetuò constituunt, quales sunt ثجح, خدذرزش ضصطظعغف & Seruiles, quæ deriuatis formandis, & accidentibus radici inducendis

non rarò inferuiunt, quales reliquæ: quin & طه etiam interdũ pro ت seruili veniunt. sed de his poſteà.

Ratione ſocietatis, in Compatibiles, quæ mutuò ſe in eâdem dictione conſequi poſſunt; & Incompatibiles, quæ coniungi recuſant.

Incompatibiles ſunt

Gutturales حعغخ interdum tamen ه τῷ ع ſubiungitur.

ب & م ف ب. At Nun ante Be ſonum τῷ Mem induit, vt iam monui.

ت & بث	ض & ش
ث & س ص ض ط ظ	ص & ض ط ظ
ج & غ ق ك	ض & ط ظ
خ & ظ ق ك	ط & ظ ك
د & ذ	ظ & غ ق
ذ & ص ض ط ظ	غ & ق ك
ر & ل	ق & ك
ز & ص ض ظ	ل & ن, ſi voculam لن exceperis.
س & ص ض	

At

At ſeruiles his incluſas vt radicem conſtituentes accipio: actu enim cùm ſeruiunt, cuilibet literæ adiungi poſſunt. vt, بِفِضَّةٍ *argento*, تُثَبِّتُ *confirmabis*, لِرَبٍّ *domino*, كَقَوْلِكَ *vt ſi dicas*, &c.

Duæ quoque ſimiles initio dictionis quam rariſſimè concurrunt, niſi prior ſeruiat. Et ن vocali deſtitutum in medio dictionis raro ponitur ante literas لومير. د autem carens vocali, etſi interdum ſcribitur ante ت, nunquam tamen pronuntiatur; quâ de re cap. 4.

Reliquæ omnes Compatibiles ſunt, quamuis aliæ aliis ſæpiùs coniunguntur.

Huius obſeruationis vſus eſt ad ea ſcripta quæ punctis eſſentialibus conſonantium deſtituuntur meliùs legenda, corrupta reſtituenda, ambigua determinanda, & denique vocabula Arabica à Barbaris diſcernenda.

CAPVT TERTIVM.

De vocalibus.

CONSONANTES ex clauſtris oris educuntur à vocalibus, quarum tabella hæc eſt.

Nomen.		*Figura.*	*Potestas.*
Phatha	فَتْحَةٌ	بَ	Nunc *a* purum & clarum, vt in *amabam*, nunc cum *e* mixtũ, id est *η* Græcum vt multi id nunc pronunciant.
Dſhamma	ضَمَّةٌ	بُ	Nunc *u* purum & clarum, nunc cum *o* mixtum, id est *o* obſcurum.
Keſre	كَسْرَةٌ	بِ	*i* ſimplex.

Literam ب ſingulis adieci, vt vnâ operâ ſitum earum docerem, quo ſolo prima & vltima diſcernuntur: vtraque enim lineola eſt, apud Orientales quidem à dextra ſiniſtram verſus deſcendens, vt tabula eas exhibet, apud Occidentales verò prorſus iacens, hoc modo بَ بِ. Quare interdum perpendiculariter pingatur in hunc modum ׀ poſt fiet manifeſtum.

Valet autem Phatha *a* clarum, & Dſhamma *o* obſcurum, cùm ponuntur ſupra vltimas dictionum literas, aut ſupra خُصَّ ضَغْطٍ قِظْ: vt خَلَقَ ٱللّٰهُ ٱلْعَالَمَ وَكُلَّمَا فِيهِ وَهُوَ لَا خُلِقَ مِنْ أَحَدٍ *Chalaka llahô, lalema wakôllama, fihi wahwa la chôlika min ahadin.* id eſt: *Creauit Deus mundum, & quidquid in eo eſt; ipſe autem non eſt creatus à quoquam.* aliàs illud nunc *a*

clarum, nunc cum *e* mistum, id est 𝔞 Anglorum *ai* Gallorum, vt in 𝔪𝔞𝔨𝔢, *faire*, hoc nunc *u* clarum, nunc cum *o* mixtum, id est *o* obscurum Belgarum & Italorum; vt in 𝔷𝔬𝔠𝔥𝔱, *dolce*: quod vsu discendum est. exemplũ esto: إِنْ كَانَ اللّٰهُ مَعَنَا مَنْ يَكُونُ عَلَيْنَا
In cana Allaho maana men jecuno aalcina. Si Deus est pro nobis, quis erit contra nos?

Accidit his vocalibus Productio & Nunnatio.

Productio est soni simplicis roboratio, & quasi duplicatio, ita quidem vt

Phatha sonet *a* circumflexum seu longum, quomodo nostrates pronuntiant 𝔞 𝔢, exempli gratia 𝔪𝔞𝔢𝔯/ 𝔡𝔞𝔢𝔯.

Dshamma *u* longum, vt Germani id pronuntiant, id est *u* Græcorum, *oe* Belgarum, *ou* Gallorum: *nū*, 𝔟𝔬𝔢𝔯, *vous*.

Kesre *i* circumflexum seu longum, 𝔦𝔢 nostrum, vt 𝔫𝔦𝔢𝔱/ 𝔯𝔦𝔢𝔱.

Quod tum iis accidit cùm habent post se literas أوي vocalibus destitutas,

Phatha quidem ا, vt قَار, KAR.

Dshamma verò و, vt قُور, Kūr.

Kesre autem ي, vt قِير, Kīr.

Exuunt enim in tali statu literæ istæ potestates suas, (vnde

(vnde vulgò dicuntur quiescere) & naturam vocalium præcedentium induunt, cúmque iis in vnam longam coalescunt.

Nunnatio est additio soni Nun ad sonum earum, ita vt sonent *an*, *on*, *in*, sintque syllabæ inversæ potiùs quàm vocales: quod accidit iis tantùm ad extremas nominum literas; eiúsque in scriptura indicium est duplicatio figuræ, hoc modo, بً vel بً, بٌ, بٍ vel بٍ; quæ sonant بَنْ, بُنْ, بِنْ, *ban*, *bon*, *bin*: vnde & Nun quod in iis includitur conditionibus illis mutationis subiectum est, quibus نْ subiectum esse dictum est capite primo. ً autem nisi ponatur supra ة, aut ى pro ا positum, assumit post se ا; hoc modo بًا, absque vllo soni augmento. Et ٌ compendii gratia non rarò sic pingitur ٌ ٌ.

CAPVT QVARTVM.

De syllabis, vbi de Gjezm & Tesdid.

Ex consonantibus & vocalibus consurgunt Syllabæ, ita vt in pronuntiatione consonæ vocales semper præcedant: nulla enim syllaba Arabica à vocali inchoatur, aut eâ solâ constat. suntque puræ vel mixtæ.

Pura est quæ constat vnâ solâ consonante & vocali, eaque

eaque vel breui, vt بَ بِ بُ ; vel longâ, vt بَا بُو بِي velut in نَصَرَ نَاصِرُونَ نَاصِرِينَ.

Mixta, quæ duabus consonantibus vocali vnâ copulatis, vt بَلْ بُلْ بِلْ (quo pertinent literæ cum vocali nunnatâ vt بً بٍ بٌ) vbi vides vltimam literam hac notâ (ْ), quæ tamen non rarò imperfectè sic (ه) vel sic (ْ) pingitur, supernè insigniri, cuius nomen est جَزْمٌ *Gjezmon*, officium verò indicare eam cui superponitur literam syllabam mixtam constituere, & cum præcedente vocali copulari. Inuenies quidem eam etiam literis اوي quiescentibus subinde appositam, vt نَاصِرُوْنَ نَاصِرِيْنَ, sed minus benè, vt præter rationes quæ adferri queant, correctissima Alcorani exemplaria eam istis locis non habentia abundè confirmant. Sed nec ا in fine dictionis post و quiescens id agnoscit, quia nullum sonum auribus exhibet, vt نَصَرُوا, non verò نَصَرُوْا.

Secunda syllabæ mixtæ litera compendii causâ inter scribendum non exprimitur, cùm immediatè post se habet aliam sui similem, sed per figuram quandam sequenti appositam commodè repræsentatur, cui figuræ nomen est تَشْدِيدٌ *Tesdid*, forma, ista (ّ), situs, supra literam, Occidentalibus tamen etiam hac forma (٧) sub-

ſubjicitur, ſicut hac (ٚ), & hac quoque (ٛ) ſubinde, ſuperponitur: vt, نَزَّلَ، نَزَّلَ، نَزَّلَ، نَزَّلَ, pro نَزْزَلَ. Duplicat itaque figura iſta literam ſuam; ac omnibus omnino conſonantibus communis eſt, excepto ا, quod vt conſonans vocali deſtitui nequit.

Eſt autem Teſdid duplex, Neceſſarium & Euphonicum.

Neceſſarium eſt, quod adſcribitur literæ immediatè ante ſe vocalem habenti: vt in exemplis allatis.

Euphonicum verò, cuius litera ante ſe habet conſonam vocali deſtitutam, quæ Euphoniæ cauſâ in ſcriptura periens ſequenti ſimilem in locum ſuum ſubſtituit.

Eſtque Commune vel Initiale.

Illud eſt quod ſupra mediam vel vltimam dictionis literam ponitur.

Eſtque Deltale vel Lambdale.

Deltale adſcribitur literæ ت poſt دْ : vt وَجَدْتُّ *wagjatto, inueni:* حَمِدْتُّمْ *hamattum, laudaſtis.*

Lambdale apponitur literis ſolaribus poſt ل articuli أَلْ ὁ ἡ τὸ nominibus præfixi: vt أَلرَّبُّ *errábbo*, ὁ κύριος, أَلدِّينُ *eddíno*, ἡ κρίσις, أَللَّهُ *allaho*, ὁ θεός: in quo tamen vltimo litera in prioris locum ſuppoſita ab ea non differt. Sic Latini pro adtollo dicunt attollo, pro conripio corripio, pro conligo colligo, non pingentes literam

literam euphonicè mutatam: alioqui ſcriberent adttollo, conrripio, conlligo: ſecus Arabes confuſionis euitandæ gratiâ. ل tamen articuli non rarò omittitur, cùm ſolaris eamſequens ل quoque eſt, ad compendium & ſcripturæ elegantiã: vt اَلَّيْل pro اَللَّيْل ἡ νὺξ اَلَّهَبُ pro اَللَّهَبُ, ἡ φλὸξ: quod ob frequentem vſum perpetuum eſt in pronomine relatiuo اَلَّذِي eiusque fœminino اَلَّتِي, & plurali maſc. اَلَّذِينَ, (nunquam autẽ in reliquis caſibus, quia rariores ſunt) ſcribuntur enim pro اَللَّذِي اَللَّتِي اَللَّذِينَ, & ſemper quoque accidit cùm Articulo præfigitur ل datiui caſus nota, ne tria Lam concurrant: vt لِلَّيْلِ noctis, pro لِلْلَّيْلِ, لِلّٰهِ Deo, pro لِلْلّٰهِ.

Initiale eſt quod ſupra primam dictionis literam ponitur, adeoque vltimam præcedentis ſupplet.

Eſtque Primarium, aut Secundarium.

Primarium eſt, quod apponitur literis يرملو immediatè ante ſe habentibus Nun giezmatum, expreſſum; vt مِن رَّبِّهِ *mirrabbihi, à domino ſuo*; vel latens in vocali nunnatâ; vt قَلْبٌ مُّطَهَّرٌ *Qalbommutabharon, cor mundum.*

Secundarium, quod apponitur cuiuis non gutturali

rali immediatè positæ post sui similem giezm affectam; vt مَنْ يَسْتَغْفِرْ رَبَّهُ *men jestágfir rábbaho. qui petit veniam à Domino suo.* vbi similis pro simili tantùm ponitur, adeoque nulla soni mutatio inducitur: vnde non video cur id fiat, nisi fortassis vt duæ istæ voces in vnam coalescant. Inuenies & interdum tale tesdid post similem vocali affectam, sed minio pictum, quod notat quædam exemplaria id non agnoscere, & me iudice, benè: nullam enim rationē video cur apponatur.

Cæterùm tesdid initiale non in quibusuis cōdicibus reperitur: sed ex regulis positis facile est noscere vbi subintelligendum sit si pictum non compareat.

CAPVT QVINTVM.

De literis اوي*; vbi de Medde, Hamze, & Veslo.*

VISVM suprà fuit quomodo literæ اوي interdum quiescant, & in naturam vocalium affinium abeant: sed habent & alia quædam particularia, de quibus nunc commodè dicetur: ac primò quidem de ا.

Huius triplex est status, Motus scilicet, Quietis, & Vnionis.

Statum motus obtinet cùm vt consona propriâ vocali mouetur; vt أَذْنٌ أُذْنٌ إِذْنٌ أَ أُ إِ: in cuius indicium

cium hæc figura (ء) hamze, هَمْزَة vocata (pro qua tamen Mauri sæpe usurpant punctum flauum vel viride) ei adiicitur, sic إِنْ أَنْ أُنْ, quæ tamen vt plurimum solet negligi, quòd motus eius ex adiectâ vocali facilè percipiatur, sicuti cõtra eâ positâ ا ipsum non rarò omittitur, ita vt omnimodè pro eo veniat: quod accidit vel liberè, cùm videlicet in medio posita habet ante se gjezm, vt يَسْأَلُ & يَسَالُ & يَسَلُ *interrogat*; quorum primum præstat: vel necessariò, cùm videlicet habet ante se aliud elif vt مَآءٌ *aqua*; in أَأَنْذَرَ *an monuit?* quanquam cùm etiam prius elif mouetur in quibusdam codicibus vtrumque per ا exprimitur hoc modo أَاَنْذَرَ, vel prius per hamze & posterius per ا, sic أَانْذَرَ.

Mutatur autem Elif mobile in و vel ي apposito hamze in mutationis illius indicium: secundum hos canones.

Canones de Elif mobili.

I. Elif in medio dictionis mobile per dsham vel kesre (præcedente vocali vel elif,) aut per phatha post dsham vel kesre, mutatur in literam iis homogeneam id est و vel ي: vt أَؤُبٌ *pascua* pro أَأُبٌ, سُئِلَ *interrogatus est*, pro سُأِلَ, قَائِلٌ *dicens*, pro قَاأِلٌ

 رُدُّ أُوُكَ

رِدَآؤُكَ *vestis tua*, pro رِدَاآُكَ, مُؤَدِّبٌ *praeceptor* pro مُأَدِّبٌ, رِئَالٌ, رِأَالٌ *leo*, pro رِأَالٌ.

At particulæ inseparabiles ا ب ف ك ل م dictionibus præfixæ non censentur ا in medium collocare: vt لِأَبٍ *patri*, أَأُمٌّ *an mater?*

Elif mobile in fine dictionis post dsham in و post Kesre in ي mutatur: vt يَدْفُؤُ *calet*, pro يَدْفُأُ يَسْتَهْزِئُ, *irridet*, pro يَسْتَهْزِأُ. Sed si intercedit و vel ي quiescens manet, per ء scriptum: vt يَسُوءُ *malus est*, يَجِيءُ *venit*. II.

Elif mobile post phatha ante ا quiescens sæpe in و mutatur, sed non adscripto hamze: vt أَوَادِمُ *homines*, pro أَأَادِمُ، سَمَاوَاتٌ *celi* pro سَمَاأَاتٌ، ذَوَاصِرُ *adiuuantes*, pro نَأَاصِرُ. III.

Atque hæc de statu motus ءا: statum quietis obtinet cùm in medio vel fine propria vocali destituitur, vt كَأْنَا: id enim absque eius quiete fieri nequit, quippe quæ consonantis nihil habere potest nisi vocalem possideat.

Quiescit autem post Phatha, cum quo vocalem longam

gam constituit: vt قَالَ *dixit*; quæ magis etiam producitur hac figurâ ⁓ ,quæ مَدَّةٌ *Medde* dicitur, superscriptâ, quoties sequitur hamze, vt مَآءٌ *aqua*, قَآئِلٌ *dicens*: ac breuitatis causâ tunc interdum non pingitur; vt أُولَئِكَ pro أُولَآئِكَ *illi*, quod passim occurrit: sicut ا nunquam compâret cùm phatha præcedens in quo quiescit, alterius elif est, vt آمَنَ pro

Canones de Elif quiescẽte.

I. ءَأْمَنَ *credidit*; secundum hanc Regulam: Elif quiescens post elif phathatum, excidit. quo casu, vt phatha istud sciatur longũ esse, apponitur in accuratè scriptis medde, hoc modo, آمَنَ, ipso phathâ non rarò omisso, ita vt medde pro eo & subintellecto ا adeóque pro *a* longo veniat: vt آمَن pro أَامَنَ. quædam tamen Alcorani exemplaria, eaque correctissima, contenta sunt figurâ τοῦ phatha perpendiculariter positâ, sic اٰمَنَ vel ٰامَنَ : quomodo & illud frequentissimè exhibent ante elif quiescens expressum, vt مَٰالِكٌ *rex* سَمَٰاءٌ *cælum*: sicut Kesre ante ي expressum hoc modo ٖ, vt دٖينٌ *iudicium*.

II. Post dshamma autem & kesre vocali destitutum, quo commodè quiescat, degenerat in literam iis homogeneam, post dshamma in و, post Kesre in ي, adscripto ء si elif naturâ

turâ ſuâ eſt mobile: vt قُوتِلَ pro قَاتَلَ, *occiſus eſt*; يُؤْمِنُ pro يُامِنُ, *credit*; إِيْمَلْ pro إِأْمَلْ *ſpera.*

Tria itaque in vniuerſum ſunt τῶ hamze officia.

1 Appoſitum τῷ ا motum eius indicare, ſiue actualem, ſi adſit vocalis, vt سَأَلَ *interrogauit*: ſiue potentialem, ſi vocalem non habeat, habere tamen interdum naturâ ſuâ idoneum ſit, vt يَأْمَلُ *ſperat*, àb أَمَلَ *ſperauit.*

2. Vice elif mobilis poſt aliud elif aut gjezm venire: vt مَآءٌ *aqua*, يَسْئَلُ *interrogat.*

3 Τοῖς و & ي adiunctum ſignificare eas vicarias eſſe, ſeu vice elif naturâ ſuâ mobilis venire: vt يُؤْمِنُ *credit*, إِيْمَلْ *ſpera.*

Vnde patet ء nihil eſſe aliud quàm ſeruum ا naturâ ſuâ mobilis, quod propterea illius nomine Hamze appellari ſolet à Grammaticis. Nec alia quod ſciam officia habet: nam quòd interdum literis ج ع ح apponi, eáſque fortificare dicitur, error eſt.

Notandum autem eſt elif naturâ ſuâ mobile cum quieſcit propriâ formâ poſt phatha, vel vicariâ poſt dſham vel keſre, aſſumere poſſe gjezm, contrà atque in literis quieſcentibus fieri debere ſuprà dictum eſt: vt يَأْمَلُ يُؤْمِنُ إِيْمَلْ :idque propterea quòd non ſimpli-

ſimpliciter quieſcit ſeu vocalem longam conſtituit, ſed locum etiam occupat literæ quæ ſyllabam mixtam conſtitueret, atque adeò gjezm neceſſariò haberet, ſi robuſtà eſſet.

Tertius ſtatus τῦ ا eſt Vnionis, quo nec mouetur, nec quieſcit, ſed vocali propriâ abiectâ omnem ſonum amittit: quod ei ſolùm accidit interdum in principio dictionis, cùm habet poſt ſe gjezm, & ante ſe vocalem ſeruilis præfixæ vel vocabuli immediatè præmiſſi, cum qua gjezmata eam ſequens in ſyllabam vnam coaleſcit: in cuius coaleſcentiæ indicium hæc figura ˜ quæ وَصْل *Weſlon* id eſt *vnio* vocatur, supernè appingitur: vt رَاسُ ٱلْاِنْسَانِ râſulinſáni *caput hominis*, pro رَاسُ اَلْاِنْسَانِ râſu elinſáni: بِٱلْاِنْسَانِ bilinſáni *in homine* pro بِاَلْاِنْسَانِ bielinſáni.

Veſlon autem non rarò omittitur, quòd abſentia vocalis τῦ ا dictam vnionem ſatis indicet.

Eſt autem tale Elif triplex:

Verbale, idque Imperii, id eſt formatiuum Imperatiui, vt اُنْصُرْ *adjuua*, اِضْرِبْ *verbera*: vel Characteriſticum in præteritis imperatiuis & infinitiuis pentagrammatorum & hexagrammatorum, vt اِجْتَمَعَ *congregatus eſt*, اِجْتَمِعْ *congregare*, اِجْتِمَاعًا *congregando*

do, إِسْتَطْعَمَ *cibum petiit,* إِسْتَطْعِمْ *cibum pete,* إِسْتِطْعَامًا *petendo cibum.*

Nominale in subiectis nominibus.

إِسْمٌ *nomen,* إِمْرُؤٌ *vir,* إِبْنٌ *filius,*

إِسْتٌ *nates,* إِمْرَأَةٌ *mulier,* إِبْنَةٌ *filia,*

إِبْنٌ idem quod إِبْنَمٌ إِثْنَانِ إِثْنَيْنِ *duo.*

إِيمُنٌ *iuramentum,* إِثْنَتَانِ *vel* إِثْنَتَيْنِ *duae.*

Articulare, articuli أَلْ ὁ, ἡ, τὸ, quò pertinet relatiuum in أَلَّذِي & casibus eius.

In hisce enim omnibus ا initiale vocali suâ priuatur cùm sententiam non inchoant, aut ante se assumunt literas seruiles: quin hoc casu ipsum etiam elif non raro excidit, vt بِسْمِ pro بِاسْمِ *in nomine*: quod perpetuum est in articulo أَلْ quoties ل seruile præfigitur: vt لِلرَّبِّ pro لِأَلرَّبِّ *domino,* لِلّٰهِ pro لِأَللّٰهِ *Deo.*

Hactenus de Elif: و & ي duos tantùm agnoscunt status, Motus scilicet & Quietis. statum motus obti-

obtinent cùm more consonantium mouentur vocali, vel propriâ, vt يَدٌ jedon *manus*, وُدٌّ waddôn *amor*; vel alienâ, consonantis scilicet præcedentis vt أَوْ aw *vel*, أَيْ ei *id est*: quietis autem, cùm propriâ vocali destitutæ quiescunt in præcedente homogeneâ, vt وُجِدُوا *dicti sunt*.

De و notandi canones sequentes.

Canones.

Canones و. I. وِ giesmatum post Kesre in ي mutatur: vt قِيلَ pro قِوْلَ: sed si contingat Kesre illud poni sub ا vnionis, & excidere post literam quæ Kesre non habet, ي quidem in scripturâ manet, sed in pronuntiatione و reducitur: vt ab إِيجَلْ *time*, quod scribitur pro إِوْجَلْ, fit فَايْجَلْ & *time*, quod pronuntiatur *fawgjal*, ac si scriberetur فَاوْجَلْ & يَارَجُلُ ايجَلْ pronuntiatur, *la ragjulugjal*, ac si scriberetur يَارَجُلُ اوجَلْ *O tu vir time*. Sicuti econtrariò cum excidit dsham ab elif vnionis post kesre, و quiescens vt ي sonat. Sic ي quiescens proprium, & vicarium τῶ ا in simili casu post dsham sonum و induit.

و finale post Kesre in ي mutatur: vt رَضِيَ pro رَضِوَ *cupiuit.* II.

و finale post phatha, abiectâ suâ vocali quiescit, in ا mutata si tertia sit dictionis litera: vt غَزَا pro غَزَوَ, aut in ي instar elif quiescens conuersa si quarta aut vlterior: vt اَعْطَي *dedit*, pro اَعْطَوَ, اِسْتَعْطَي *petiit* pro اِسْتَعْطَوَ. III.

و in medio dictionis habens post se aliud و quiescens id expellit: vt طَاوُسٌ *pauo*, pro طَاوُوسٌ, قَرُوا *legerunt*, pro قَرُوُوا. IIII.

و radicale initio dictionis habens phatha ante aliud و phathatum in ا mutatur: vt اَوَاصِلُ *peruenientes*, pro وَوَاصِلُ. V.

و seruile in fine dictionis ne eam terminet adsciscit ا otiosum: vt نَصَرُوا *adiuuarunt*, رَمَوْا *iecerunt*, pro نَصَرُو, رَمَوْ. VI.

De ي sequentes canones obseruandi sunt.

Canones ي

Canones ي.

ي post dsham in و mutatur, si vocalem habet, sæpe: vt, رَمُوَانٌ pro رَمْيَانٌ: si gjezm, semper: vt يُيْسِرُ I.

مُوقِنٌ pro مُيْقِنٌ *confirmans*, يُوسِرُ *diues est* pro يُيْسِرُ nisi alteri per tesdid insertum sit vt صُيِّرَ *constitutus est*.

II. ي penultima dictionis habens sub se Kesre in quo ي aliud quiescit abiecto Kesre sequenti per tesdid inseritur, quæ vt duplicari possit phatha assumit: vt, عَلَيَّ pro عَلَيِي *super me*.

III. ي finale post phatha nequit moueri, sed abiectâ suâ vocali, & reiecto ad phatha Nun vocali, si quod adsit, instar elif quiescit: vt رَمَى rama *iecit* pro رَمَيَ, هُدًى hudan *via*, pro هُدَيٌ هُدَيًا هُدَيٍ, & هُدَى hudâ pro هُدَيُ هُدَيَ هُدَيِ: quin in ا quiescens mutatur, & Nun vocale etiam abiicit, cùm phatha illud possidetur ab alio ي: vt يَحْيَا *viuit*, pro يَحْيَيُ خَطَايَا pro خَطَايِيُ خَطَايَا يَحْيَيُ pro خَطَايِي &c. Sed يَحْيَى & رَأْيِي nomina propria ي retinent.

IV. ي finale post kesre non fert dsham vel kesre, sed iis, vnà cum Nun si quod habent, abiectis quiescit: vt يَرْمِي *iacit* pro يَرْمِيُ, أَيْدِي *manus* pro أَيْدِيٌ أَيْدِيٍ &c. loquor autem de ي proprio non vicario,

vicario, vt in يَسْتَهْزِئ *irridet*: & de immediatâ positione eius post phatha, id est, non intercedente literâ aliâ, siue gjezmatâ, vt in إِدْبِي *perditio*, siue quiescente, vt in صَبِيّ *puer*. quod & in præcedentibus obseruandum.

De vtroque autem hi canones sunt notandi.

Canones و & ي. Canones و & ي I.

و & ي finales post elif seruile in hamze mutantur: vt كِسَاءٌ pro كِسَاوٌ *nates*, رِدَاءٌ pro رِدَايٌ *vestimentum*.

II. و & ي mobiles ante literam mobilem positæ immediatè post phatha sæpè in ا quiescens mutantur: vt قَامَ *stetit* pro قَوَمَ, بَاعَ *vendidit* pro بَيَعَ. At in حَيَوةٌ *vita*, صَلَوةٌ *oratio*, زَكَوةٌ *puritas*, pro ا est و sed instar ا quiescens; leguntur enim *hajâton*, *salâton*, *zacâton*: idque ex eo sciri potest, quòd gjezm nullum adscribitur: hæc enim est certissima regula: و & ي post phatha vocali destitutæ, si gjezm non habent, instar elif quiescunt. Sed & in melioris notæ codicibus, ad certius & manifestius indicium phatha illud perpendiculariter pingitur hoc modo شَكَرِي

شُكْرِي عَلِي زَكُوةٌ صَلُوةٌ.

III. و & ي ita concurrentibus vt prior vocalem non habeat, mutatur vt plurimum و in ي, duoque يّ per tesdid coalescunt: vt, أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ, *dies*, مَرْمِيٌّ pro مَرْمُويٌ *iactus*.

IV, و & ي itemque ا in vocalibus homogeneis quiescentes excidunt cùm sequitur litera gjezmata: vt قِلْتَ pro قِيلْتَ *dictus es*, لَمْ يَقُلْ pro لَمْ يَقُولْ *non dixit*, لَمْ يَخَفْ pro لَمْ يَخَافْ *non timuit*: nisi sequenti per tesdid inseratur vt مَادٌّ *extendens*.

Atque hæc quidem sunt quæ de harum literarum natura & permutatione generaliter hîc visum fuit annotare, quæ talia sunt vt sine eorum notitia fæliciter nemo possit arabicari. particularia suis locis in sequentibus libris indicabuntur.

Corollarium de perfectione scripturæ.

Quadrifariam Arabica scribuntur.

1 Prorsus imperfectè, expressis nudis tantùm consonantium corporibus, hoc modo:

ان المتقين فى مقام امين فى جنات وعيون

وعىون ىلىسون من سىدس واسىىرق
مىعادلىں كدلك وروحىاهم ىحور عىں
ىدعون ڡىها ىكل ڡاكهه امىىں

2 Minùs imperfectè, conſonantibus integris quidem, ſed ſolis tamen, ſic:

ان المتقين في مقام امين في جنات وعيون
يلبسون من سندس واستبرق متقابلين
كذلك وزوجناهم بحور عين يدعون فيها
بكل فاكهة امنين

3 Perfectè, additis ad conſonantes vocalibus, item gjezm & teſdid communi, ac ſubinde etiam medde, hamze, veſl, & teſdid initiali, in hunc modum:

إِنَّ ٱلْمُتَّقِينَ فِي مَقَامٍ أَمِينٍ فِي جَنَّاتٍ
وَعُيُونٍ يَلْبَسُونَ مِنْ سُنْدُسٍ وَإِسْتَبْرَقٍ
مُتَقَابِلِينَ كَذَٰلِكَ وَزَوَّجْنَاهُمْ بِحُورٍ عِينٍ
يَدْعُونَ فِيهَا بِكُلِّ فَاكِهَةٍ آمِنِينَ

4 Perfectiſſimè, appoſitis perpetuò non ſolùm medde

medde, hamze, vesl, & tesdid initiali; sed & figuris illis quæ ن afficiunt, item quæ punctorum diacriticorum absentiam notant, & quæ orationem distinguunt, hoc modo:

إِنَّ ٱلْمُتَّقِينَ فِي مَقَامٍ أَمِينٍ فِي جَنَّاتٍ
وَعُيُونٍ يَلْبَسُونَ مِنْ سُنْدُسٍ وَإِسْتَبْرَقٍ
مُتَقَابِلِينَ كَذَٰلِكَ وَزَوَّجْنَاهُمْ بِحُورٍ عِينٍ
يَدْعُونَ فِيهَا بِكُلِّ فَاكِهَةٍ آمِنِينَ

Erunt autem timentes (Deum) in loco securo; in hortis & fontibus. induent sericum & purpuram: sic ἀντικείμενοι (erunt). Et coniugabimus eos (cum puellis) pulcherrimis oculis. Petent in iis omnem fructum credentes.

Si autem inter scribendum contingat literam aliquam maculari, aut ita pingi vt difficulter legi possit, iterata priori subiicitur, sed figurâ finali: si vocem integram vel sententiam omitti, aut perperam scribi, in margine apponitur, aut emendatur adscriptâ voculâ صح id est, *corrige*.

FINIS LIBRI PRIMI.

THOMÆ ERPENII GRAMMATICÆ ARABICÆ Liber Secundus, DE VERBO.

CAPVT PRIMVM

De Verbo in genere.

PRIMA Verbi vox ſeu thema apud Arabes vocatur أَصْلٌ, id eſt, *radix*; & literæ eius أَصْلِيَّة id eſt *radicales*, ad quas quæ accedunt ad formationem Coniugationis, Temporis, Perſonæ, Numeri, Generis, & Nominis, quales ſunt ſeptem, quas comprehendit vox يَتَسَمَّنُوا *pinguefient*, vel ad conſignificationem quales inſuper quatuor contentæ voce بِفُلْكِ *in naui*, Accidentales ſeu ſeruiles vocantur, vt dictum eſt Cap.2.lib.1. Eſtque radix tertia præteriti perſona, ſingularis, maſculina, quæ paucioribus quàm tribus, vt in نَصَرَ *adiuuit*, مَدَّ *extendit*; pluribus quàm quatuor, vt in دَحْرَجَ *volvit*, غَرْغَرَ *feſellit*, nequit conſtare literis: qua-

quarum prima *Fe* dicitur, penultima *Ain*, & vltima *Lâm*: quòd cum ſingulæ obtineant locum quem literæ iſtæ in vſitato paradigmate فَعَلَ *fecit*.

In Verbo autem conſideranda ſunt ſex. 1. Qualitas. 2. Coniugatio. 3. Tempus. 4. Numerus. 5. Perſona. 6. Genus.

I. Qualitate aliud eſt ἀνάλογον ſeu Regulare, quod ſcilicet regulam communem ſeu typum Coniugationum (qui eſt verbum فَعَلَ) ſequitur; qualia omnia illa ſunt quæ nec ſecundam tertiæ ſimilem habent, nec aliquam literarum أوي radicalem: vel ἀνώμαλον ſeu Irregulare, quod ab ea regula recedit, qualia ſunt reliqua ferè omnia. Illud Perfectum, hoc Imperfectum vulgò ſolet appellari.

II. Coniugatio genus ſignificationis actiuum aut paſſiuum continet. Deducuntur autem trilitera per tredecim coniugationes, denominatas à forma quam in ſingulis habet paradigma فَعَلَ: in quibus omnibus obſeruanda ſunt Character & Significatio.

Prima nuda & ſimplex eſt, omnique charactere deſtituta: vt

1. فَعَلَ

Reliquæ certis literis characteriſticis affectæ, & in tres claſſes diuiſæ: quarum prima continet formata à radice F 2

radice adiectione vnius, secunda duarum, tertia trium literarum: hoc modo.

III.	II.	I.
10 إِسْتَفْعَلَ	5 تَفَعَّلَ	2 فَعَّلَ
11 إِفْعَالَّ	6 تَفَاعَلَ	3 فَاعَلَ
12 إِفْعَوْعَلَ	7 إِنْفَعَلَ	4 أَفْعَلَ
13 إِفْعَوَّلَ	8 إِفْتَعَلَ	
	9 إِفْعَلَّ	

Vbi quæcunque literæ accedunt ad فَعَلَ characteris vice funguntur.

Sed obseruandum est in octaua إِفْتَعَلَ, ت epentheticon mutari interdum in ط vel د.

In ط quidem cùm prima radicis est vna literarum صضطظ : vt إِصْطَبَغَ *intingi* pro إِصْتَبَغَ, إِضْطَرَمَ *accendi* pro إِضْتَرَمَ, إِطَّبَعَ *imprimi* pro إِطْتَبَعَ, إِظَّلَمَ *iniuriâ affici* pro إِظْتَلَمَ, vbi ط insuper in ظ mutatur & cum priori per teſdid coalescit.

In د verò cùm prima radicis est vna literarum دذز : vt pro إِدْتَرَأَ dicitur إِدَّرَأَ *propelli*; pro إِذْتَكَرَ

اِذَّكَّرَ, اِدَّكَّرَ, vt ذ radicale etiam in د mutetur, & cum sequenti contrahatur, vel اِذَّكَرَ vt econtrariò posterior priori assimiletur, vel اِذْدَكَرَ vtrâque saluâ manente; pro اِزْتَلَقَ, اِزْدَلَقَ *pro-labi*, & د interdum in ز conuerso اِزَّلَقَ.

At ipsum illud ت mutat primam radicis in sui similem cum qua per tesdid vnitur, cùm ea est ت, و, aut ى: vt اِتَّبَتَ *firmari* pro اِثْتَبَتَ, اِوْتَجَرَ: vt: بج *transfigi* pro اِوْتَجَرَ, اِتَّسَرَ *ludere aleis*, pro اِيْتَسَرَ. si autem sit ت, absq. vlla mutatione cum illo coalescit.

In prima autem coniugatione verba significationem habent simplicem & actiuam, quam à prima sua origine possident; eamque vel transitiuam, vt كَتَبَ *scripsit*; vel intransitiuam, vt حَزِنَ *tristatus est*: in reliquis verò intentam, seu auctam, vel alio modo mutatam: etsi & in plerisque earum primitiuam significationem obtinere possint, maximè ea quæ in prima coniugatione sunt inusitata.

Secunda autem فَعَّلَ, & quarta أَفْعَلَ ex absolutis formant transitiua: vt حَزَّنَ & أَحْزَنَ *contristauit*:

stauit: ex transitiuis transitiua in secundum, vt ضَرَبَ & أَضْرَبَ *verberare fecit.*

Tertia فَاعَلَ significat actionem in id à quo similis actio recipitur: vt, بُطْرُسُ ضَارَبَ بُولُسَ *Petrus verberauit Paulum:* sed ita vt à Paulo reuerberatus fuerit, adeoque mutuò se verberauerint, at Petrus tamen prior Paulum.

Sexta تَفَاعَلَ cooperationem & mutuam actionem, vt Latinorum composita per *con* & Græcorum per συν: vt تَضَارَبَ *alter alterum verberauit;* تَلَاعَبَ غِلْمَانٌ *colluserunt pueri:* تَضَارَعَ بُطْرُسُ وَبُولُسُ *Petrus & Paulus colluctati sunt.*

Quinta تَفَعَّلَ, septima إِنْفَعَلَ, & octaua إِفْتَعَلَ formant absoluta & passiua: quinta quidem & septima à secunda, vt عَلَّمْتُهُ وَهُوَ تَعَلَّمَ *docui eum & ipse doctus fuit,* seu *didicit.* كَسَرْتُ الإِنَاءَ فَانْكَسَرَ *fregi vas & fractum est,* id est, siuit se frangi nec restitit actioni meæ. octaua verò à prima, vt قَصَرْتُ ذٰلِكَ فَاقْتَصَرَ *abbreuiaui hoc & abbreuiatum est.*

Nona إِفْعَلَّ & vndecima إِفْعَالَّ formant absoluta colorum cum intẽsione, mediocri quidem prior, vehe-

vehementiori verò posterior; vt اِصْفَرَّ *valdè flauus fuit*, اِصْفَارَّ *multò flauissimus fuit*: & deformitatum verba, vt اِضْجَمَّ & اِضْجَامَّ *ore distorto fuit*.

Decima اِسْتَفْعَلَ petitionē designat: vt اِسْتَغْفَرَ *veniam delicti petiit*, à غَفَرَ *remisit*, اِسْتَطْعَمَ *cibum petiit*, à طَعِمَ *gustauit, edit*.

Duæ vltimæ, quæ rarissimæ sunt, significationem intendunt, vt اِخْشَوْشَنَ *valdè crassus fuit*, à خَشُنَ *crassus fuit*, اِعْلَوَّطَ *fortiter adhæsit*, ab عَلَطَ *adhæsit*.

Non rarò tamen coniugationes deriuatiuæ, maximè quarta, quinta, octaua, & decima aliter accipiuntur; quod vsu discendum, & ex dictionariis: sicut & in quibus coniugationibus quodque verbum vsitatum sit: non enim quælibet radix in qualibet coniugatione occurrit. Multæ, vt apud Hebræos, in vna solùm significatione vsurpantur; multæ in pluribus, nulla in omnibus.

Quadrilitera autem quatuor solùm agnoscunt coniugationes, quarum prima primæ, secunda quintæ, tertia septimæ, quarta nonæ triliterorum respondet, suntque huiusmodi:

فَعْلَلَ 1

1 فَعْلَلَ　3 اِفْعَنْلَلَ

2 تَفَعْلَلَ　4 اِفْعَلَلَّ

vt دَرْبَحَ *inclinauit caput*, تَدَهْوَكَ *ſuperbiuit*, اِحْرَنْجَمَ *tumultuatus fuit*, اِقْشَعَرَّ *horripilauit*.

Ad tertiam اِفْعَنْلَلَ malo cum nonnullis Arabum Grammaticis reducere اِقْعَنْسَسَ *pectus egrediens habuit*, & اِسْلَنْقَى *pronus cubauit*, quàm cum aliis, eorum cauſâ particulares triliterorum conſtituere coniugationes.

Eſt autem cuiuſque coniugationis forma duplex, Actiua & Paſſiua, quarum eadem ratio quæ in lingua Hebræa & aliis: vnde verba intranſitiua cuiuſcunque tandem ſint coniugationis conuenienter naturæ ſuæ paſſiuam non agnoſcunt.

III. In coniugatione quinque ſunt partes, quæ tempora & modi vulgò dicuntur. 1. Præteritum. 2. Futurum. 3. Imperatiuus. 4. Participium. 5. Infinitiuus.

In quibus omnibus tria conſideranda ſunt: 1. Significatio. 2. Literæ ſeruiles. 3. Vocales literarum radicalium.

1. Significationem quod attinet;

Præteritum reſpondet noſtro præterito perfecto indica-

indicatiui modi, vt سَقَطَ *cecidit*, مَاتَ *è vita excessit.*

Sed verbum substantiuum كَانَ *fuit*, itemque particulæ لَوْ *si*, إِنْ *si*, إِذَا *cùm*, ei præpositæ hanc significationem solent immutare.

Præteritum enim verbi كَانَ importat ei significationem præteriti plusquamperfecti indicatiui: vt كَانَ ضَرَبَ *verberauerat*, quasi dicas *fuit verberauit*, sic كَانُوا قَالُوا *dixerant*, كَانَ قَدْ أَمْسَكَ *iam prehenderat*, &c.

لَو *si* id vertit in Optatiui præsens vel præteritum perfectum; & sequens præteritum eodem tempore exponendum est, habetque لَ in capite: vt لَوْ عَلِمْتُ هٰذَا لَنَصَحْتُكَ *si scirem hoc monerem te*, vel *si sciuissem hoc monuissem te*. Sed si secunda enuntiationis pars neganda est, vsurpatur futurum cum لَمْ (quod id in præt. vertit, vt pòst dicetur) nec لَ vllum adsciscitur; vt لَوْ كُنْتَ هَاهُنَا لَمْ يَمُتْ أَخِي *si fuisses hic, non mortuus esset frater meus.*

إِن *si* id vertit in Subiunctiui futurum, cùm aliud præteritum (aut huius loco futurum conuersum) ei subiungitur; quo casu secundum vertendum est per futu-

futurum Indicatiui: vt إِنْ قُلْتُمْ لِي قُلْتُ لَكُمْ *si dicatis mihi, dicam vobis.* إِنْ مَا قُلْتُمْ لِي لَمْ أَقُلْ لَكُمْ *si non dicatis mihi; non dicam vobis.* Puto tamen hâc etiam forma efferri præteritum conditionatum: *si dixistis mihi; dixi vobis. si non dixistis mihi; non dixi vobis.* Vel in Subiunctiui aut Indicatiui præsens, si aliud præteritum non subiungitur: vt إِنْ كُنْتَ إِبْنَ اللّٰهِ فَقُلْ *si es filius Dei, dic,* &c.

إِذَا *cùm* id sæpe vertit in Subiunctiui futuro-præteritum seu futurum in *ro:* vt إِذَا كَتَبْتَ ذٰلِكَ أَحْمَدُكَ *Vbi scripseris illud, laudabo te.*

Venit & aliis quibusdam casibus iam memoratorum temporum & modorum loco; quin & interdum pro Præsente, Præterito imperfecto, & Futuro indicatiui: quæ vsus, & ego alibi, vbi fusiùs de significatione & vsu temporum differam. prolixum enim ea res exigit sermonem, quem hîc inserere molestum esset.

2 Futurum, indicatiui nostri præsens & futurum complectitur; quomodo autem exponendum sit, contextus vt plurimum indicat: restringitur tamen non rarò ad futurum nostrum, præfixâ literâ س, aut præmissa vocula سَوْفَ, vel huius loco سَوْ, سَيْ, سَفْ

سَيَنْصُرُ ; vt يَنْصُرُ *adiuuat* vel *adiuuabit* ; at سَيَنْصُرُ & سَوْ يَنْصُرُ vel سَوْفَ يَنْصُرُ &c. *adiuuabit*, tantùm. Sic cum particula negatiua لَنْ *nequaquam* futurum quoque significat, vt لَنْ يَنْصُرَ *nequaquam iuuabit*: & vt plurimum etiam cum لَا *non*; vt لَا يَضْرِبُ *non verberabit*: sicuti cum مَا *non* frequentiùs præsens; vt مَا أَعْلَمُ *non scio*.

At præmisso لَمْ *non*, & لَمَّا *nondum*, præteriti notionem induit: vt لَمْ يَضْرِبْ *non verberauit*, لَمَّا يَخْرُجْ *nondum egressus est*.

Præposito autem præterito verbi substantiui, exprimit imperfectum indicatiui: vt كَانَ يَجْلِسُ *sedebat*. Nisi præcedat لَو ; tunc enim optaui præsentis loco venit, vt & quod ei respondet futurum, cui verbum, substantiuum ل præfixum habens præponitur: vt لَوْ كُنْتَ تَعْرِفُهُ لَكُنْتَ تُحِبُّهُ *si nosceres eum amares eum*.

Cum particula أَنْ *vt*, & aliis idem significantibus, per subiunctiuum exponitur: vt أُرِيدُ أَنْ تَكْتُبَ *volo vt scribas*.

3. Imperatiuus] respondet nostro imperatiuo: sed vsurpatur solùm in præceptis affirmatiuis, precationibus, & hortationibus: nam præcepta negatiua, deprecationes, & dehortationes per fut. præposito لَا *ne* concipiuntur: vt اِضْرِبْ *verbera*, لَا تَضْرِبْ *ne verbera*.

4 Participium nostro respondet: vt ضَارِبٌ *verberans*, مَضْرُوبٌ *verberatus*. At quia omissione temporis sæpe fit nomen, futurum non rarò pro eo vsurpatur.

5 Infinitiuus non æquipollet nostro, sed Hebræorum absoluto: adiungitur enim solùm verbo suo significationis augendæ gratiâ, & per gerundium in *do* verti vtcunque potest: vt قَتَلَهُ قَتْلًا הָרוֹג הֲרָגוֹ *occidendo accidit eum*.

Litteræ autem seruiles, & vocales radicalium manifestæ fient in paradigmate.

IV. Numeri in tempore (excepto Infinitiuo) tres sunt: Singularis, Dualis, & Pluralis.

V. In Numero tres Personæ; quarum tertia secundam præcedit, secunda primam: sed hâc vltima Dualis destituitur.

VI. In Persona duplex genus, Masculinum, & Fœmin. quorum quodque suam habet terminationem: sed in Singulari & Plurali, prima: in duali, secunda communis est generis.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

De prima Triliteri Coniugatione.

PRIMAM triliteri coniugationem reliquæ per omnia ferè ſequuntur: quocirca paradigma eius perfectum diſtinctè hîc proponam; deinde quatenus quadrilitera, & deriuatiuæ coniugationes, item verba imperfecta ab ea diſcedant, paucis oſtendam. Paradigma nobis eſto نَصَرَ *adiuuit:* cuius forma Actiua eſt huiuſmodi.

Præteritum.

1	2	3	*Perſ.*	
	نَصَرْتَ	نَصَرَ	*Sing.*	Maſc.
نَصَرْتُ				Com.
	نَصَرْتِ	نَصَرَتْ		Fœm.
		نَصَرَا	*Dual.*	Maſc.
	نَصَرْتُمَا			Com.
		نَصَرَتَا		Fœm.
	نَصَرْتُمْ	نَصَرُوا	*Plural.*	Maſc.
نَصَرْنَا				Com.
	نَصَرْتُنَّ			Fœm.

Futu-

Futurum.

Pers.		1	2	3
Singul.	Masc.		تَنْصُرُ	يَنْصُرُ
	Com.	أَنْصُرُ		
	Fœm.		تَنْصُرِينَ	تَنْصُرُ
Dualis	Masc.			يَنْصُرَانِ
	Com.		تَنْصُرَانِ	
	Fœm.			تَنْصُرَانِ
Plural.	Masc.		تَنْصُرُونَ	يَنْصُرُونَ
	Com.	نَنْصُرُ		
	Fœm.		تَنْصُرْنَ	يَنْصُرْنَ

Imperatiuus.

	Singul. 2	Dual. 2	Plural. 2
Masc.	اُنْصُرْ		اُنْصُرُوا
Com.		اُنْصُرَا	
Fœm.	اُنْصُرِي		اُنْصُرْنَ

Participium.

1 Sing.	Dual.	Plur.
نَاصِرٌ	نَاصِرَانِ	نَاصِرُونَ
نَاصِرَةٌ	نَاصِرَتَانِ	نَاصِرَاتٌ

Infi-

Infinitiuus.

نَصْرًا

De Præterito.

Prima & vltima radicis perpetuò phatha habent: media sæpiſſimè quoque phatha, ſignificatione vel intranſitiuâ, vt قَعَدَ *ſedit*, vel tranſitiuâ, vt ضَرَبَ *verberauit*, rariùs keſre, ſignificatione quoque vel intranſitiuâ, vt فَرِحَ *gauiſus eſt*, vel tranſitiuâ, vt عَلِمَ *ſciuit*; rariſſimè dſham, ſignificatione tantùm intranſitiuâ, vt حَسُنَ *bonus fuit*. Ac primæ quidem duæ vocales inter flectendum conſtanter manent, vltima excidit vt in paradigmate, in quo ſeruiles quæ in fine ad formationem Numerorum, Perſonarum & Generum aſſumuntur ſatis ſunt manifeſtæ.

De Futuro.

Futurum formatur adſcitis literis أَتَيْنَ in principio, & يُونَا in fine, eodem ferè modo quo apud Hebræos ſeruientibus: *Elif* enim أَتَيْنَ format primam ſingularem, vt *Nun* pluralem: *Te* ſecundam vbique perſonam & tertiam quoque fœmininam in ſingul. & duali: *Je* tertiam maſculinam; & fœmininam quoque in

Futurum.

1	2	3	*Perf.*	
	تَنْصُرُ	يَنْصُرُ	*Singul.*	Masc.
أَنْصُرُ				Com.
	تَنْصُرِينَ	تَنْصُرُ		Fœm.

	2	3		
		يَنْصُرَانِ	*Dualis*	Masc.
	تَنْصُرَانِ			Com.
		تَنْصُرَانِ		Fœm.

1	2	3		
	تَنْصُرُونَ	يَنْصُرُونَ	*Plural.*	Masc.
نَنْصُرُ				Com.
	تَنْصُرْنَ	يَنْصُرْنَ		Fœm.

Imperatiuus.

Plural. 2	*Dual.* 2	*Singul.* 2	
أُنْصُرُوا		أُنْصُرْ	Masc.
	أُنْصُرَا		Com.
أُنْصُرْنَ		أُنْصُرِي	Fœm.

Participium.

Plur.	*Dual.*	1 *Sing.*
نَاصِرُونَ	نَاصِرَانِ	نَاصِرٌ
نَاصِرَاتٌ	نَاصِرَتَانِ	نَاصِرَةٌ

Infinitiuus.

نَصْرًا

De Præterito.

Prima & vltima radicis perpetuò phatha habent: media ſæpiſſimè quoque phatha, ſignificatione vel intranſitiuâ, vt قَعَدَ *ſedit*, vel tranſitiuâ, vt ضَرَبَ *verberauit*, rariùs keſre, ſignificatione quoque vel intranſitiuâ, vt فَرِحَ *gauiſus eſt*, vel tranſitiuâ, vt عَلِمَ *ſciuit*; rariſſimè dſham, ſignificatione tantùm intranſitiuâ, vt حَسُنَ *bonus fuit*. Ac primæ quidem duæ vocales inter flectendum conſtanter manent, vltima excidit vt in paradigmate, in quo ſeruiles quæ in fine ad formationem Numerorum, Perſonarum & Generum aſſumuntur ſatis ſunt manifeſtæ.

De Futuro.

Futurum formatur adſcitis literis أَيْتَن in principio, & يُوْنَا in fine, eodem ferè modo quo apud Hebræos ſeruientibus: *Elif* enim أَيْتَن format primam ſingularem, vt *Nun* pluralem: *Te* ſecundam vbique perſonam & tertiam quoque fœmininam in ſingul. & duali. *Je* tertiam maſculinam; & fœmininam quoque in

in plurali. In fine autem *Nun* solum, plurale fœmininum format; vt cum و masculinum; cum ا autem duale, & cum *Ie* singul. fœm. secundæ personæ. Habent autem literæ أَيْتِنَ perpetuò phatha, & prima radicalis giezm: at secunda, si habet in Præterito dsham, id hîc retinet: vt قَبُحَ *turpis fuit,* يَقْبُحُ : si kesre, id in phatha mutat: vt فَرِحَ *gauisus est,* يَفْرَحُ : sed in نَعِمَ *iucundus fuit,* حَسِبَ *putauit,* يَئِسَ *desperauit,* يَبِسَ *aruit,* & secundùm doctissimos Grammaticos etiam in فَضِلَ *excelluit,* قَنِطَ *desperauit,* & عَرِضَ *recessit,* kesre non rarò manet, diciturque يَنْعَمُ & يَنْعِمُ, يَحْسَبُ & يَحْسِبُ *&c*: reperies quoque يَنْعُمُ & يَفْضُلُ cum dsham; sed ea sunt à præteritis نَعُمَ & فَضُلَ. Si autem secunda radicis in præterito phatha habeat, id hîc mutatur in dsham: vt كَتَبَ *scripsit,* يَكْتُبُ; vel in kesre, vt ضَرَبَ *verberauit,* يَضْرِبُ: nisi ipsa aut tertia radicis sit gutturalis; tunc enim etsi sæpè quoque mutetur, vt نَبَحَ *latrauit,* يَنْبِحُ, دَخَلَ *intrauit,* يَدْخُلُ; non rarò tamen manet, vt شَغَلَ *labo*-

laborauit, يَشْغَلُ, يَمْنَحُ مَنَحَ *donauit*, يَمْنَحُ. Sic quoque à رَكَنَ *associatus fuit*, sine gutturali, est يَرْكَنُ, (quanquam quidam volunt etiam رَكَنَ in præterito dici) & ab أَبَى *noluit* يَأْبَى: sed hoc imperfectum est.

Vltima radicalis habet dſham, quod accedentibus literis دونا cadit, vt patet in paradigmate. Sed naturalis ista futuri terminatio variatur interdum Apocope, Antithesi, & Paragoge.

Apocope tollit dſham finale, & Nun دونا, præter id quod format fœminina pluralis, vt hæc sit futuri forma prorsus Hebraica.

أَنْصُرْ	تَنْصُرْ	يَنْصُرْ	*Singular.*
	تَنْصُرِي	تَنْصُرْ	
	تَنْصُرَا	يَنْصُرَا	*Dual.*
		تَنْصُرَا	
نَنْصُرْ	تَنْصُرُوا	يَنْصُرُوا	*Plur.*
	تَنْصُرْنَ	يَنْصُرْنَ	

Vbi vides in plurali masculino abiecto ن assumi ا otiosum, secundum sextum Canonem و.

Accidit autem futuro hæc Apocope ob influentiam particularum quarundam ei præpositarum, scilicet لَمْ *non,* لَمَّا *nondum,* لَا *ne,* & لِ imperatiuum: vt لَمْ يَضْرِبْ *non verberauit,* لَمَّا يَدْخُلْ *nondum ingressus est,* لَا تَذْهَبْ *ne abi,* لِيَكْشِفْ *detegat.* Item إِنْ *si,* مَا *id quod, quidquid,* مَنْ *quicunque,* أَيٌّ *idem,* مَهْمَا *quotiescunque,* كَيْفَمَا (& apud nonnullos etiam كَيْفَ) *quomodocunque,* أَنَّى *vbicunque,* أَيْنَ idem, حَيْثُمَا idem, مَتَى *quum,* إِذْمَا idem, أَيَّانَ idem, & in carmine quoque إِذَا, idem. sed ea lege, vt aliud verbum in eodem orationis contextu tanquam retributiuè illis respondeat, vt si dicas: *quidquid facies faciam,* aut *feci. quocunque ibis ibo. quicunque me amabit amabo illum.* Ac tum si vtrunq. futurum est in vtrunq. influunt: vt إِنْ تَخْرُجْ أَخْرُجْ مَعَكَ, *si egrediaris egrediar tecum.* مَتَى يَجْلِسْ أَجْلِسْ مَعَهُ *quum sedebit sedebo cum illo.* si prius tantum, in illud; *vt* مَا تَصْنَعْ صَنَعْتُ *quidquid facies feci:* si posterius, liber est influxus: vt مَا

مَا صَنَعْتَ أَصْنَعْ & مَا صَنَعْتَ أَصْنَعْ *quidquid fecisti faciam.*

Accidit quoque hæc apocope cùm præcedit Imperatiuus cui futurum reſpondet: vt اُنْصُرْنِي أَنْصُرْكَ *adiuua me, adiuuabo te*, id eſt, *ſi adiuues me adiuuabo te.*

Antitheſin ſimiliter inducunt influentiæ particularum quarundam, quæ dſham tertiæ radicalis in phatha mutant, & Nun يونا quoque tollunt: vt hæc ſit futuri forma.

أَنْصُرَ	تَنْصُرَ	يَنْصُرَ	*Sing.*
	تَنْصُرِي	تَنْصُرَ	
	تَنْصُرَا	يَنْصُرَا	*Dual.*
		تَنْصُرَا	
نَنْصُرَ	تَنْصُرُوا	يَنْصُرُوا	*Plur.*
	تَنْصُرْنَ	يَنْصُرْنَ	

Particulæ autem quæ hanc mutationem cauſant ſunt.

لَنْ *nequaquam:* vt لَنْ يَضْرِبَ *nequaquam verberabit.*

bit. لَنْ يَضْرِبُوا *nequaquam verberabunt.*

لِ *vt*, Coniunctio, *e.g.* جِئْتُ لِأَنْصُرَ *veni vt adiuuem.*

أَنْ idem. vt أُحِبُّ أَنْ تَنْصُرَ *cupio vt adiuues.* Cùm autem significat *quòd*, nihil mutat : vt أَعْلَمُ أَنْ يَنْصُرُ *scio quod adiuuabit*: nisi præcedat verbum opinandi, qualia sunt ظَنَّ حسب زعم *&c.* tunc enim antithesin inducit, sed liberè : vt أَحْسَبُ أَنْ يَنْصُرَ, & أَحْسَبُ أَنْ يَنْصُرُ *puto quòd iuuabit.*

كَيْ idem. vt جَاءَ كَيْ يَضْرِبَكَ *venit vt verberet te.* Sic horum composita لِكَيْ , لِأَنْ *vt*, & لِكَيْلَا , كَيْلَا , لِئَلَّا , أَلَّا *ne.*

إِذَنْ (quod quidam إِذًا scribunt) responsionis & retributionis particula, *benè*, *agè*; cùm ponitur initio sententiæ, & immediatè (vel intercedente solùm iuramento, vocatione, aut negatione,) ante futurum rem futuram significante: vt si quis dicenti أَلْتَجِي إِلَيْكَ *confugiam ad te*, respondeat إِذَنْ أَنْصُرَكَ *benè, iuuabo te.* vel إِذَنْ وَاللّٰهِ أَنْصُرَكَ *benè, per Deum, iuuabo*

iuuabo te; vel إِذَنْ يَا حَبِيبِي أَنْصُرَكَ *benè, amice mi, iuuabo te*; vel إِذَنْ لَا أَنْصُرُكَ *benè, non iuuabo te.* si quid aliud intercedit, non influit: vt إِذَنْ أَنَا أَنْصُرُكَ *benè, ego iuuabo te.* vt nec si futurum pro præsenti ponitur nec si initio sententiæ nõ collocetur: vt يَا حَبِيبِي إِذَنْ أَنْصُرُكَ *ô amice mi, benè, iuuabo te.* Si tamen solùm و vel فَ copulatiuum ei præfigitur, liberè influit: vt وَإِذَنْ أَنْصُرَكَ *& benè, (Et bien* Gall.) *adiuuabo te* & وَإِذَنْ أَنْصُرُكَ, quanquam hoc rarius.

حَتَّى cùm significat *vt*, e. g. جَاءَ حَتَّى يَنْصُرَكَ *venit vt adiuuet te.* vel *donec*: vt أَسِيرُ حَتَّى تَغِيبَ الشَّمْسُ *ibo donec occidat sol.*

أَوْ eâdẽ significatione: *vt* أَرْغَبُ اللّٰهَ أَوْ يَغْفِرَ لِي *rogabo Deum vt parcat mihi,* & أَنْتَظِرُهُ أَوْ يَخْرُجَ *expectabo eum donec egrediatur.*

فَ cùm præfigitur futuro quod dependet à præcedente enuntiationis parte includente imperium, petitionem, optationem, interrogationem, aut negationem, adeoq. causalis potiùs quàm copulatiua Coniunctio est: vt أُنْصُرْنِي فَأَنْصُرَكَ *adiuua me, & adiuuabo*

iuuabo te. لَا تَضْرِبْ بُطْرُسْ فَيَغْضَبَ *ne verbera Petrū & irascetur,* id est, *ne irascatur,* أَيْنَ بَيْتُكَ فَأَزُورَكَ *vbi est domus tua & inuisam te,* id est, *vt inuisam te.*

و cum Futuro præpositum iungit illud cum præcedente enuntiationis parte includente similiter imperium, petitionem, optationem, interrogationem, aut negationem, significatq́. *& simul:* vt هَلْ تَأْكُلُ السَّمَكَ وَتَشْرَبَ اللَّبَنَ *an pisces comedes & simul lac bibes?* لَا تَأْكُلِ السَّمَكَ وَتَشْرَبَ اللَّبَنَ *ne comede pisces & simul bibe lac.* alio sensu acceptum nihil mutat: vt هَلْ تَأْكُلُ السَّمَكَ وَتَشْرَبُ اللَّبَنَ *an comedes pisces, & bibes lac?* Idem de præcedentibus particulis habendum.

Paragoge adiicit futuro Nun phathatum cum tesdid hoc modo.

أَنْصُرَنَّ — يَنْصُرَنَّ تَنْصُرَنَّ / تَنْصُرَنَّ تَنْصُرِنَّ } *Sing.*

تَنْصُرَانِّ — يَنْصُرَانِّ / تَنْصُرَانِّ } *Dual.*

Plur.

Plur. يَنْصُرُنَّ تَنْصُرُنَّ
يَنْصُرْنَانِّ تَنْصُرْنَانِّ نَنْصُرَنَّ

aut gjezmatum sine tesdid; sed in singulari solùm, ac plurali masculino & communi: in hunc modum,

Sing. يَنْصُرَنْ تَنْصُرَنْ أَنْصُرَنْ
تَنْصُرَنْ تَنْصُرِنْ

Plur. يَنْصُرُنْ تَنْصُرُنْ
نَنْصُرَنْ.

Illud Nun paragogicum graue; hoc leue vocatur.

Vides autem vt ante Nun, dsham tertiæ radicalis in phatha mutetur; itemque و & ي seruiles in fine excidant; & in plurali fœminino ا inseratur, ne tria Nun concurrant.

Adhibetur autem ferè solùm hæc paragoge cùm futurum rem futuram quodammodo petit, vt fit interrogando, imperando, vel optando: vt هَلْ تَنْصُرَنَّ vel هَلْ تَنْصُرَنْ *an adiuuabis?* لِيَنْصُرَنَّ & لِيَنْصُرَنْ *adiuuet:* لَا تَنْصُرَنَّ & لَا تَنْصُرَنْ *ne adiuua.* لَيْتَ يَنْصُرَنَّ &

& لَيْتَ يَنْصُرَنْ *vtinam adiuuet* &c. Et cùm præcedit iuramentum: vt وَٱللّٰهِ يَنْصُرَنَّ *Per Deum, iuuabit.*

De Imperatiuo.

IMPERATIVVS formatur præpoſito elif vnionis cùm keſre: vt إِعْلَمْ *ſcito,* إِضْرِبْ *verbera;* niſi penultimæ vocalis, quæ talis ſemper eſt qualis in futuro, ſit dſham: tunc enim & elif dſham habet; vt أُنْصُرْ *iuua.* Prima radicis giezm poſſidet; vt & vltima, quamdiu augmenti vocalem nullam recipit. Formationi autem Generum & Numerorum hîc inſeruiunt literæ يونا vt in Futuro, cuius Nun paragogicum hîc locum quoque habet: ſic,

Plur.	*Dual.*	*Sing.*
أُنْصُرُنَّ	أُنْصُرَانِّ	أُنْصُرَنَّ
أُنْصُرْنَانِّ		أُنْصُرِنَّ

& ſine teſdid.

أُنْصُرُنْ		أُنْصُرَنْ
		أُنْصُرِنْ

Secundam autem perſonam tantùm agnoſcit Imperatiuus

peratiuus: reliquæ per futurum giezmatum exprimuntur, præfixo ل cum kesre: vt لِيَنْصُرْ *adiuuet*, لِنَنْصُرْ *adiuuemus*, quod & secundæ interdum contingit: vt لِتَنْصُرْ *adiuua*. Sed excidit kesre τοῦ ل cùm præfigitur و vel ف; vt فَلْيَنْصُرْ & وَلْيَنْصُرْ *adiuuet*.

Prohibitiones quoq. per Futurum, præpositâ giezmante particulâ لا *ne* concipi, iam suprà dictum est.

De Participio.

HVIVS prima radicalis habet phatha, in quo elif quiescit; secunda kesre; vltima dsham nunnatum, vt in Nominibus, quorum more etiam fœmininum & numeros format; vnde eâ de re hîc nihil dico.

De Infinitiuo.

VERBORVM transitiuorum infinitiuus regularis est نَصْرًا, vt ضَرَبَ ضَرْبًا *verberando verberauit*, فَهِمَ فَهْمًا *intelligendo intellexit*: Intransitiuorum autem, si media radicalis in Præterito habet phatha, نُصُورًا; vt قَعَدَ قُعُودًا *sedit*; si dsham, نُصُورَةٌ; vt سَهُلَ سُهُولَةً *facilis fuit*, vel نَصَارَةٌ; vt جَزُلَ جَزَالَةً *abundauit*; si kesre, نَصَرًا

نُصُرًا ; vt فَرَحًا فَرِحَ *gauisus est.* Sed innumera excipiuntur quæ aliter Infinitiuum formant. adduntque Grammatici hisce quinque formis alias 27, vt 32 sint in vniuersum; nempe,

25 نَصِرًا	17 نَصْرَى	9 نِصَارًا	1 نَصْرًا
26 نَصِرَةً	18 نُصْرَى	10 نَصْرَةً	2 نَصَرًا
27 نُصُورًا	19 نِصْرَى	11 نُصْرَةً	3 نِصْرًا
28 نُصُورَةً	20 نَصْرَانًا	12 نِصْرَةً	4 نُصُرًا
29 مَنْصَرًا	21 نُصْرَانًا	13 نَصَرَةً	5 نُصْرًا
30 مَنْصَرَةً	22 نِصْرَانًا	14 نَصَارَةً	6 نِصَرًا
31 مَنْصِرًا	23 نَصُورًا	15 نُصَارَةً	7 نَصَارًا
32 مَنْصِرَةً	24 نَصِيرًا	16 نِصَارَةً	8 نُصَارًا

Paradigma Passiui.

Præteritum.

1	2	3	*Pers.*	
	نُصِرْتَ	نُصِرَ	*Sing.*	Masc.
نُصِرْتُ				Com.
	نُصِرْتِ	نُصِرَتْ		Fœm.

Masc.

نُصِرْتُمَا	نُصِرَا	*Dual.*	Masc. / Com.
	نُصِرَتَا		Fœm.
نُصِرْنَا	نُصِرُوا نُصِرْتُمْ	*Plur.*	Masc. / Com.
	نُصِرْنَ نُصِرْتُنَّ		Fœm.

Futurum.

أُنْصَرُ	يُنْصَرُ تُنْصَرُ	*Sing.*	Masc. / Com.
	تُنْصَرُ تُنْصَرِينَ		Fœm.
تُنْصَرَانِ	يُنْصَرَانِ	*Dual.*	Masc. / Com.
	تُنْصَرَانِ		Fœm.
نُنْصَرُ	يُنْصَرُونَ تُنْصَرُونَ	*Plur.*	Masc. / Com.
	يُنْصَرْنَ تُنْصَرْنَ		Fœm.

Participium.

Plur.	*Dual.*	*Sing.*	
مَنْصُورُونَ	مَنْصُورَانِ	مَنْصُورٌ	Masc.
مَنْصُرَاتٌ	مَنْصُورَتَانِ	مَنْصُورَةٌ	Fœm.

Præteritum & Futurũ vocalibus tantùm ab actiuis differunt: habetq́ue præteriti prima perpetuò dſham, & ſecunda Keſre: futuri انَّيِن ſimiliter dſham, & ſecunda radicis phatha. in reliquis cum Actiuo conueniunt. Participium initio aſſumit م cum phatha, & و quieſcens in dſham ante vltimam.

Eſt & participium quoddam formæ نَصِيرٌ; quod nunc actiuum eſt, vt رَحِيمٌ *miſereſcens*; nunc paſſiuum, vt قَتِيلٌ *occiſus*.

Imperatiuus hîc nullus eſt; ſed pro eo venit Futurum cum ل Imperatiuo gjezmante: vt لِيُنْصَرْ *adiuuetur*, لِتُنْصَرْ *adiuuare*, لِنُنْصَرْ *adiuuemur*, &c.

CAPVT TERTIVM.

De quadriliteris, & Coniugationibus deriuatiuis primæ claſsis.

QVADRILITERA, & verba deriuatiua primæ claſſis eodem ferè modo flectuntur: & in eo ſolùm à præcedenti differunt, quòd,

1 Penultima radicalis in Actiui præterito perpetuò phatha, in Futuro verò keſre habet: انَّيِن autem non minùs in Actiuo quàm in Paſſiuo dſham afficiuntur: vt دَحْرَجَ *volvit* يُدَحْرِجُ, كَسَّرَ *fregit*

git فَرَّحَ , يُدَحْرِجُ *volutus est* دُحْرِجَ : يُكَسِّرُ *exhilaratus fuit* يُفَرَّحُ .

2 Imperatiuus formatur à Futuro, sola abiectione أَتَيْنَ & vltimæ vocalis: vt دَحْرِجْ *volve*, كَسِّرْ *frange*.

3 Participium vtrumque à suo formatur Futuro, م pro أَتَيْن posito, & Nunnatâ vocali vltimâ vt مُدَحْرِجٌ *volvens*, مُكَسِّرٌ *frangens*: & in passiuo مُدَحْرَجٌ *volutus*, مُفَرَّحٌ *exhilaratus*.

4 Infinitiuos habent speciales: دَحْرَجَ scilicet دِحْرَاجًا .

فَعَّلَ , تَفْعِيلًا ; & interdum quoque تَفْعِلَةً , تَفْعَالًا , فُعَّالًا , فِعَالًا , vel فِعَّالًا .

فَاعَلَ , مُفَاعَلَةً & فِعَالًا , vel فِيعَالًا .

أَفْعَلَ , إِفْعَالًا , rarò فَعَالًا aut فَعَالَةً .

5 أَفْعَلَ accedentibus أَتَيْن abiicit ا , secundum regulam. (ا initiale formans verba deriuatiua, characteristicâ temporis præfixâ, cum sua vocali abiicitur.)

Regula abiectionis.

tur.) vt يَتَّصِرُ pro يَأْتَصِرُ , ab اُتْصِرُ : vnde in Imperat. vbi اِبْنٌ recedunt, elif cum vocali sua redit: vt اُذْصُرْ ; vbi non est putandum formare Imperatiuum, & vnionis esse.

6 فَاعَلَ mutat ا in و in Præt. passiuo: vt نُوصِرَ pro نَاصِرَ : iuxta secundum canonem de elif quiescente.

Quæ omnia initialibus Paradigmatis vocibus breuiter hoc modo visum est proponere.

Actiuum.

	Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
	فِعْلَالًا	مُفَعْلِلٌ	فَعْلِلْ	يُفَعْلِلُ	فَعْلَلَ
2	تَفْعِيلًا	مُفَعِّلٌ	فَعِّلْ	يُفَعِّلُ	فَعَّلَ
3	مُفَاعَلَةً	مُفَاعِلٌ	فَاعِلْ	يُفَاعِلُ	فَاعَلَ
4	إِفْعَالًا	مُفْعِلٌ	أَفْعِلْ	يُفْعِلُ	أَفْعَلَ

Passiuum.

Part.	*Fut.*	*Præt.*
مُفَعْلَلٌ	يُفَعْلَلُ	فُعْلِلَ

فُعِّلَ

2 فُعِّلَ يُفَعِّلُ مُفَعِّلٌ

3 فُوعِلَ يُفَاعِلُ مُفَاعِلٌ

4 أُفْعِلَ يُفْعِلُ مُفْعِلٌ

CAPVT QVARTVM,

De reliquis deriuatiuis.

IN reliquis Coniugationibus deriuatiuis Actiui Præteriti penultima semper quoque phatha habet.

Futurum autem fit à Præterito, præfixis أَيْتِن cum phatha, elif initiali si quod sit cadente, secundum regulã Abiectionis, & phatha vltimo in regulare dsham mutato, penultimo autem in kesre, præterquam in تَفَعَّلَ, & تَفَاعَلَ, quæ id retinent. vt اِجْتَمَعَ *congregatus est* يَجْتَمِعُ; اِسْتَعْمَلَ *vsurpauit* يَسْتَعْمِلُ, تَكَسَّرَ *fractus fuit* يَتَكَسَّرُ. تَبَاعَدَ *recessit* يَتَبَاعَدُ. Ac formæ istæ duæ à تَ inchoatæ id compendii causâ interdum abiiciunt, cùm أَيْتِن ت præfigitur: vt تَكَسَّرُ pro تَتَكَسَّرُ, تَبَاعَدُ pro تَتَبَاعَدُ: quæ ne arbitreris esse futura à فَعَّلَ & فَاعَلَ, facilè impe-

impedient vocales; nam eorum futura actiua, sunt يَتَفَاعَلُ & يَتَفَعَّلُ; passiua, يُتَفَعَّلُ & يُتَفَاعَلُ.

Imperatiuus fit sicut in quadriliteris: vt يُتَكَسَّرُ *frangetur*, تَكَسَّرْ *frangitor*, ي abiecto, si quod est, redeunte, sed cum kesre, يَسْتَعْمِلُ *vsurpabit*, إِسْتَعْمِلْ *vsurpa*.

Participium assumit م cum dsham, & penultimam vocalem kesre perpetuò habet: vt مُسْتَعْمِلٌ *vsurpans*, مُتَبَاعِدٌ *recedens*.

Infinitiuus autem cuiusque coniugationis mox patebit.

Passivum nona & vndecima non agnoscunt: reliquæ formant præteritum ab Actiuo, primis duabus vocalibus in dsham mutatis, & penultimâ in kesre, vt تُفُعِّلَ تَفَعَّلَ, & Futurum quoque à fut. actiuo phatha literarum أتين in dsham, & kesre penultimo in phatha conuerso: vt يُسْتَفْعَلُ يَسْتَفْعِلُ. Participium autem à Futuro, م pro أتين posito, vt مُسْتَفْعَلٌ. Itaque huiusmodi est Paradigma.

Actiuum

Actiuum.

Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Prat.*
تَفَعُّلًا	مُتَفَعِّلٌ	تَفَعَّلْ	يَتَفَعَّلُ	تَفَعَّلَ 5
تَفَاعُلًا	مُتَفَاعِلٌ	تَفَاعَلْ	يَتَفَاعَلُ	تَفَاعَلَ 6
اِنْفِعَالًا	مُنْفَعِلٌ	اِنْفَعِلْ	يَنْفَعِلُ	اِنْفَعَلَ 7
اِفْتِعَالًا	مُفْتَعِلٌ	اِفْتَعِلْ	يَفْتَعِلُ	اِفْتَعَلَ 8
اِفْعِلَالًا	مُفْعَلٌّ	اِفْعَلِلْ	يَفْعَلُّ	اِفْعَلَّ 9
اِسْتِفْعَالًا	مُسْتَفْعِلٌ	اِسْتَفْعِلْ	يَسْتَفْعِلُ	اِسْتَفْعَلَ 10
اِفْعِيلَالًا	مُفْعَالٌّ	اِفْعَالِلْ	يَفْعَالُّ	اِفْعَالَّ 11
اِفْعِيعَالًا	مُفْعَوْعِلٌ	اِفْعَوْعِلْ	يَفْعَوْعِلُ	اِفْعَوْعَلَ 12
اِفْعِوَّالًا	مُفْعَوِّلٌ	اِفْعَوِّلْ	يَفْعَوِّلُ	اِفْعَوَّلَ 13

Passiuum.

Part.	*Fut.*	*Prat.*
مُتَفَعَّلٌ	يُتَفَعَّلُ	تُفُعِّلَ 5
مُتَفَاعَلٌ	يُتَفَاعَلُ	تُفُوعِلَ 6
مُنْفَعَلٌ	يُنْفَعَلُ	اُنْفُعِلَ 7

8 اُفْتُعِلَ يُفْتَعَلُ مُفْتَعَلٌ

10 اُسْتُفْعِلَ يُسْتَفْعَلُ مُسْتَفْعَلٌ

12 اُفْعُوعِلَ يُفْعَوْعَلُ مُفْعَوْعَلٌ

13 اُفْعُوِّلَ يُفْعَوَّلُ مُفْعَوَّلٌ

Et sic quoque quadrilitera.

Actiuum.

Infin.	*Part.*	*Imp.*	*Fut.*	*Præt.*
تَفَعْلُلًا	مُتَفَعْلِلٌ	تَفَعْلَلْ	يَتَفَعْلَلُ	تَفَعْلَلَ
اِفْعِنْلَالًا	مُفْعَنْلِلٌ	اِفْعَنْلِلْ	يَفْعَنْلِلُ	اِفْعَنْلَلَ
اِفْعِلْلَالًا	مُفْعَلِلٌّ	اِفْعَلْلِلْ	يَفْعَلِلُّ	اِفْعَلَلَّ

Passiuum.

تُفُعْلِلَ يُتَفَعْلَلُ مُتَفَعْلَلٌ

اُفْعُنْلِلَ يُفْعَنْلَلُ مُفْعَنْلَلٌ

اُفْعُلِلَّ يُفْعَلَلُّ مُفْعَلَلٌّ

CAPVT QVINTVM.

De verbo Surdo seu defectiuo secunda radicali.

HACTENVS de verbo perfecto: Imperfectum est triplex: Surdum seu Defectiuum, Hamzatum, & Quiescens.

Surdum est quod vltimam radicalem penultimæ similem habet, quarum prior posteriori vocalem habenti per tesdid inseritur, propriâ vocali vel abiectâ, si præcedens vocalem habeat, vt مَدَّ pro مَدَدَ *extendit*, مُدَّ pro مُدِدَ *extensus est*, vel in præcedentem reiectâ, si ea giezm habeat, vt يَمُدُّ pro يَمْدُدُ *extendet*, يُمَدُّ pro يُمْدَدُ *extendetur*. Dixi posteriori vocalem habenti: nam cùm ea giezm habet nequit fieri contractio, vt مَدَدْتَ *extendisti*. Itaque huiusmodi est eius coniugatio.

Præteritum.

1	2	3		
	مَدَدْتَ	مَدَّ	Sing.	Masc.
مَدَدْتُ				Com.
	مَدَدْتِ	مَدَّتْ		Fœm.
	2	3		
		مَدَّا	Dual.	Masc.
	مَدَدْتُمَا			Com.
		مَدَّتَا		Fœm.

	1	2	3		
		مَدَدْتُمْ	مَدُّوا	*Plur.*	Masc.
	مَدَدْنَا				Com.
		مَدَدْتُنَّ	مَدَدْنَ		Fœm.

Futurum.

	تَمُدُّ	يَمُدُّ	*Sing.*	Masc.
أَمُدُّ				Com.
	تَمُدِّينَ	تَمُدُّ		Fœm.

		يَمُدَّانِ	*Dual.*	Masc.
	تَمُدَّانِ			Com.
		تَمُدَّانِ		Fœm.

	تَمُدُّونَ	يَمُدُّونَ	*Plur.*	Masc.
نَمُدُّ				Com.
	تَمْدُدْنَ	يَمْدُدْنَ		Fœm.

Imperat.

Plur.	*Dual.*	*Sing.*	
اُمْدُدُوا		اُمْدُدْ	Masc.
	اُمْدُدَا		Com.
اُمْدُدْنَ		اُمْدُدِي	Fœm.

Parti-

Participium.

	Plur.	*Dual.*	*Sing.*
Masc.	مَادُّونَ	مَادَّانِ	مَادٌّ
Fœm.	مَادَّاتٌ	مَادَّتَانِ	مَادَّةٌ

Infinitiuus.

مَدًّا

De Præterito.

SIMILIS ratio eſt eorum, quorum media radicalis habet dſham vel keſre, vt مَسَّ *tetigit* pro مَسِسَ, مَسِسْتَ *tetigiſti*, &c.

De Futuro.

SIC cùm penultima radicalis habet phatha vel keſre, vt يَعَضُّ *mordebit* pro يَعْضَضُ, يَفِرُّ *fugiet* pro يَفْرِرُ. Si particula giezmans ſeu apocopen inducens præponitur, vltimaque radicis giezme recipit, omnia regularia ſunt: vt لَمْ يَمْدُدْ *non extendit*, لَمْ يَعْضَضْ *non momordit*, لَمْ يَفْرِرْ *non fugit*: vel, vt contractio fieri poſſit, loco giezme inducitur phatha vel keſre, vt لَمْ

لَمْ يَعَضِّ vel لَمْ يَمُدِّ , لَمْ يَفِرِّ , لَمْ يَعَضَّ &c. interdum etiam manet dſham cùm penultima radicalis dſham quoque habet: vt لَمْ يَمُدُّ.

De Imperatiuo.

IMPERATIVVS, vt vides, regulariter flectitur, ſed & (excepto plur. fœm.) non rarò contractionem patitur, hoc modo.

Plur.	*Dual.*	*Sing.*
مُدُّوا	مُدَّا	مُدَّ
		مُدِّي

Vbi ا imperatiuum omittitur ſecundum regulam: Elif imperatiuum non præfigitur literæ vocalem habenti. In ſingul. Maſc. tertia, quo teſdid recipere poſſit, accipit phatha, vt مُدَّ, vel keſre, vt مُدِّ *extende.* *Canon imperii.*

De Participio & Infinitiuo.

PARTICIPIVM & Infinitiuus perpetuò contrahuntur eo modo quo in paradigmate.

Similis eſt ratio Paſſiui, vt:

Præteritum.

	مُدِدْتَ	مُدَّ
مُدِدْتِ	مُدِدْتُ	مُدَّتْ

Sing.

Dual.

&c. مُدَدْتُمَا

مُدَّا
Dual.
مُدَّتَا

Futurum.

Sing.
يَمُدُّ تَمُدُّ أَمُدُّ
تَمُدُّ تَمُدِّينَ

Dual.
يَمُدَّانِ تَمُدَّانِ &c.
تَمُدَّانِ

Participium.

Sing.	Dual.
مَمْدُودٌ	مَمْدُودَانِ
مَمْدُودَةٌ	مَمْدُودَتَانِ &c.

مُدَّ est pro مُدُدْ: abiiciturque kesre, quia litera præcedens habet vocalem. يَمُدُّ autem pro يَمْدُدُ retrocedente phatha, quia præcedit giezm. Participium regulare est, ob و illud quiescens insertum.

Deriuatiuarum Coniugationum eadem est ratio: vt أَمَدَّ

أَمَدَّ	pro	أَمْدَدَ	يَمُدُّ	pro	يَمْدُدُ
اِنْمَدَّ	pro	اِنْمَدَدَ	يَنْمَدُّ	pro	يَنْمَدِدُ
اِسْتَمَدَّ	pro	اِسْتَمْدَدَ	يَسْتَمِدُّ	pro	يَسْتَمْدِدُ

& sic cæteræ, exceptis iis quæ tesdid habent: eæ enim perfectè flectuntur (quia vnum tesdid duas compensare literas nequit; aut vna litera duo sustinere tesdid.) vt:

مَدَّ . مَدَدْتُ &c. مَدَدْتُ

مَدَّتْ مَدَدْتِ

تَمُدَّ تَمْدُدْتُ &c. تَمَدَدْتُ

تَمَدَّتْ تَمَدَدْتِ

Obseruatio I.

Obseruandum autem est verba perfecta trilitera nonæ & vndecimæ Coniugationis, & quadrilitera quartæ, id est, quæ vltimam radicis afficiunt tesdid, eandem hanc rationem sequi: dicitur enim

اِصْغَرَّ	pro	اِصْغَرَرَ	يَصْغَرُّ	pro	يَصْغَرِرُ
اِصْغَارَّ	pro	اِصْغَارَرَ	يَصْغَارُّ	pro	يَصْغَارِرُ
اِقْشَعَرَّ	pro	اِقْشَعْرَرَ	يَقْشَعِرُّ	pro	يَقْشَعْرِرُ

vnde

vnde cùm ſecunda geminatorum requirit giezm, ſeparatim vtraq. ſcribitur, vt, اِقْشَعْرَرْتُ اِقْشَعْرَرْتِ اِصْفَرَرْتُ اِصْفَرَرْتِ : & ſic in Futuro giezmato, & Imperatiuo: vbi tamen & contractio adhiberi poteſt phathatâ vel keſratâ vocali vltimâ, quemadmodum in Surdis, hoc modo:

Futurum giezmatum.

يَصْفَرِرْ		يَصْفَرُّ		يَصْفَرِّ
يَصْفَارِرْ	&	يَصْفَارُّ	&	يَصْفَارِّ
يَقْشَعْرِرْ		يَقْشَعِرُّ		يَقْشَعِرِّ

Imperatiuus.

اِصْفَرِرْ		اِصْفَرُّ		اِصْفَرِّ
اِصْفَارِرْ	&	اِصْفَارُّ	&	اِصْفَارِّ
اِقْشَعْرِرْ		اِقْشَعِرُّ		اِقْشَعِرِّ

Vbi vides in nona & vndecima penultimam Futuri keſre quoque habere, etſi id in contractione excidit, quia litera antecedens vocalem poſſidet.

Obſeruatio II.

VERBA terminata literis ن & ت hîc quoque, vt

L

vt apud Hebræos, illas cùm giezm habent ante ن vel ت ſeruile ſequenti inſerunt, ſecundum Canonem de ſecunda ſyllabæ mixtæ literâ vt زَيَّنَّا *ornauimus* pro زَيَّنْنَا , سَكَتَّ *tacuiſti* pro سَكَتْتَ. Sed non videntur propterea imperfectis annumeranda eſſe: ſicut nec quæ à ن vel ت inchoantur, quòd ن & ت characteriſticæ coniugationum in iis deliteſcant, vt اِنَّقَبَ *perfoſſus eſt*, pro اِنْنَقَبَ , اِتَّجَرَ *negotiatus eſt*, pro اِتْتَجَرَ. Vide Caput primum huius libri.

CAPVT SEXTVM.

De verbo Hamzato.

VERBVM Hamzatum eſt cuius radicalium aliqua eſt Hamze, ſeu elif mobile: vt أَثَرَ *maluit*, سَأَلَ *interrogauit*, هَنَأَ *concoxit*: flectiturque eodem modo quo verbum perfectum, obſeruatis ſolùm Canonibus illis qui de elif tum mobili tum quieſcente traduntur Cap. quinto libri primi.

Itaque huiuſmodi eſt flexio Hamzati Phe, ſeu primâ radicali.

Actiuum.

Præt. أَثَرَ regulariter. Fut. يَأْثُرُ reg.

Imp.

Imp. إِيمِرْ pro إِأْمِرْ iuxta Canon secun. de elif quiescente.

Part. آمِرٌ pro أَامِرٌ iuxta Canon. prim. de elif quiescente.

Inf. أَمْرًا reg.

Cùm ا imperatiuum dham habet, mutatur hamze in و, iuxta Can. sec. de elif quiescente: vt أُومُلْ pro أُؤْمُلْ: sed أَخَذَ *accepit*, أَكَلَ *comedit*, أَمَرَ *præcepit*, abiiciunt hamze cum ا imperatiuo, habentque خُذْ *accipe*, كُلْ *ede*, & مُرْ *iube*: reperias tamen etiam, quanquam rarissimè, أُوْكُلْ, ac أُوْمُرْ, & ab hoc, cum و copulatiuo وَأْمُرْ.

Passiuum.

Præt. أُمِرَ regulariter.

Fut. يُومَرُ pro يُؤْمَرُ iuxta Can. sec. de ا quiescente.

Part. مَأْمُورٌ regulariter.

Sic in ſecunda & tertia Coniugatione.

يُؤَثِّرُ		يُأَثِّرُ		يُنَصِّرُ	
مُؤَثِّرٌ		مُأَثِّرٌ		مُنَصِّرٌ	
يُؤَثَّرُ		يُأَثَّرُ		يُنَصَّرُ	
مُؤَثَّرٌ		مُأَثَّرٌ		مُنَصَّرٌ	ſecundum
يُؤَاثِرُ	pro	يُأَاثِرُ	inſtar	يُنَاصِرُ	primũ Canonem de
مُؤَاثِرٌ		مُأَاثِرٌ		مُنَاصِرٌ	elif nobili.
يُؤَاثَرُ		يُأَاثَرُ		يُنَاصَرُ	
مُؤَاثَرٌ		مُأَاثَرٌ		مُنَاصَرٌ	
مُؤَاثَرَةٌ		مُأَاثَرَةٌ		مُنَاصَرَةٌ	

In tertia & quarta,

آزَرَ pro أَأْزَرَ, inſtar نَاصَرَ & أَنْصَرَ ſecundùm canonem primum de elif quieſcente.

يُوزِرُ		يُأْزِرُ		يُنْصِرُ	
مُوزِرٌ	pro	مُأْزِرٌ	inſtar	مُنْصِرٌ	iuxta ſecũdum canonem de elif quieſcente.
يُوزَرُ		يُأْزَرُ		يُنْصَرُ	
مُوزَرٌ		مُأْزَرٌ		مُنْصَرٌ	

Ita & in cæteris coniugationibus hamze ob dſham, keſre, aut aliud hamze mutatur, aut excidit, ſecundum Canones memoratos: reliqua omnia perfecta ſunt.

Hamzata autem Ain & Lam eandem quoque rationem ſequuntur: vt,

سَايِلٌ هَادِيٌ	pro	سَائِلٌ هَادِئٌ	instar	نَاصِرٌ
سُيِلَ هُدِيَ	pro	سُئِلَ هُدِئَ	instar	نُصِرَ

Sed obſeruandum eſt hamzata Ain interdum etiam, etſi rariùs, coniugari more quieſcentium, ita vt hamze vocali ſuâ abiectâ, vel ad literam præcedentem giezm habentem reiectâ, quieſcat: vt سَالَ pro سَأَلَ يَسَالُ pro يَسْأَلُ, & سَلْ pro إِسْأَلْ, vbi vtrumque elif excidit; radicale quidem, ſecundum quartum Canonem و & ي: imperatiuum verò, ſecundum Canonem imperii.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

De verbo Quiescente Phe و *&* ي.

VERBA quiescentia sunt quæ radicalem aliquam habent و vel ي, siue prima ea sit, vt وَجَدَ *inuenit*, يَسَرَ *aleâ lusit*; siue secunda, vt قَوَلَ *dixit*, بَيَعَ *vendidit*; siue vltima, vt رَمَيَ *iecit*, غَزَوَ *oppugnauit*.

Ac quiescentia quidem Phe و exiguam habent anomaliam; quæ in eo potissimùm consistit, quòd و excidit in Futuro actiuo primæ coniugationis, cùm penultima eius litera habet kesre (quod hîc plerisque etiam illis verbis contingit, quorum secunda radicalis in præterito kesre habet:) vt,

وَعَدَ *aßignauit*		يَعِدُ		يَوْعِدُ	
وَرِثَ *hæreditauit*	Fut.	يَرِثُ	pro	يَوْرِثُ	vt يَضْرِبُ
وَمِقَ *amauit*.		يَمِقُ		يَوْمِقُ	

Quod etiam Imperatiuo tunc accidit: vt عِدْ pro اِوْعِدْ, مِقْ pro اِوْمِقْ: & Infinitiuo cùm est formæ فِعْلَةٌ, vt عِدَةٌ pro وِعْدَةٌ, مِقَةٌ pro وِمْقَةٌ; si verò

si verò alius formæ est, regulariter formatur; vt أُوغَلَ, instar أَنْصُرُ.

Cùm autem penultima rad. in futuro kesre non habet, regulare est, vt وَجِهَ tendit يَوْجَهُ; وَجِلَ timuit يَوْجَلُ (quidam tamen tunc euphoniæ causâ و in ا mutant, dicuntq. يَاجَلُ; alii in ي mobile, يَيْجَلُ; alii in ي quiescens post kesre quod ponitur loco phatha literarum أتين، يِيجَلُ) sic & Imperatiuus vt أُوجَهْ, at si ا habet kesre, و mutatur in ي, secundum primum canonem و; vt إِيجَلْ pro إِوْجَلْ instar إِعْلَمْ.

Sed وَطِئَ *subiecit*, وَسِعَ *amplus fuit*, وَقَعَ *cecidit*, وَدَعَ *finit*, & وَضَعَ *posuit*, etsi forment futurum cum phatha ad penultimam, و tamen non secus ac si penultima kesre haberet abiiciunt, quia phatha illud habent pro kesre, ob vltimam gutturalem, diciturque يَقَعُ، يَسَعُ، يَطَأُ &c. & in Imp. قَعْ سَعْ طَأْ &c.

Sic & sine gutturali يَذَرُ *finit*, ab inusitato in Præterito & Part.

Quie-

Quiescentia autem Phe ي, mutant illud in و cùm giezm habet post dham, secundùm primum canonem ي: vt أَيْسَرَ *dives fuit* habet in Futur. يُوسِرُ pro يُيْسِرُ instar يُنْصِرُ, & in Participio مُوسِرٌ pro مُيْسِرٌ vt مُنْصِرٌ.

In reliquis omnibus vtraq. perfecta sunt; nisi quòd in Coniugatione octaua اِفْتَعَلَ, و & ي in ت mutant, idque ت characteristico per teſdid inserunt, vt dictum est huius libri Cap. primo, vt

اِتَّعَدَ	pro	اِوْتَعَدَ		
يَتَّعِدُ		يَوْتَعِدُ		
مُتَّعِدٌ		مُوتَعِدٌ		
اِتِّعَادًا		اِوْتِعَادًا		
اِتَّسَرَ	pro	اِيتَسَرَ		
يَتَّسِرُ		يَيْتَسِرُ		
مُتَّسِرٌ		مُيْتَسِرٌ		
اِتِّسَارًا		اِيتِسَارًا		

Manent tamen interdum, & accommodant sese vocali præcedenti, cui, si non sunt, fiunt homogeneæ, vt

اِيتَعَدَ	pro	اِوْتَعَدَ
يَاتَعِدُ		يَوْتَعِدُ
مُوتَعِدٌ		
اِيتِعَادًا	pro	اِوْتِعَادًا
اِيتَسَرَ		
يَاتَسِرُ	pro	يَيْتَسِرُ
مُوتَسِرٌ		مُيْتَسِرٌ
اِيتِسَارًا		

CA-

CAPVT OCTAVVM.

De Quiescente Ain.

QVIESCENTIA Ain ab Arabibus vocantur Concaua; suntque ea quæ habent mediam radicalem و vel ي, quæ in prima, quarta, septima, octaua & decima Coniugatione aut excidunt aut vocali sua amissa quiescunt; vnde maximam in iis hæc verba habent irregularitatem.

Paradigmata primæ Cōiugationis sunt huiusmodi.

Concauum ي	*Concauum* و	
	Præteritum.	
بَاعَ بِعْتَ بِعْتُ	قَالَ قُلْتَ قُلْتُ	S.
بَاعَتْ بِعْتِ	قَالَتْ قُلْتِ	
بَاعَا بِعْتُمَا	قَالَا قُلْتُمَا	D.
بَاعَتَا	قَالَتَا	
بَاعُوا بِعْتُمْ بِعْنَا	قَالُوا قُلْتُمْ قُلْنَا	Pl.
بِعْنَ بِعْتُنَّ	قُلْنَ قُلْتُنَّ	
	Futurum.	
يَبِيعُ تَبِيعُ أَبِيعُ	يَقُولُ تَقُولُ أَقُولُ	S.
تَبِيعُ تَبِيعِينَ	تَقُولُ تَقُولِينَ	

Dual. M

يُبِيعَانِ تُبِيعَانِ	يَقُولَانِ تَقُولَانِ	D.
تُبِيعَانِ	تَقُولَانِ	
نُبِيعُ يُبِيعُونَ تُبِيعُونَ	نَقُولُ يَقُولُونَ تَقُولُونَ	P.
يَبِعْنَ تَبِعْنَ	يَقُلْنَ تَقُلْنَ	

Imperatiuus.

Plur.	*Dual.*	*Sing.*	*Plur.*	*Dual.*	*Sing.*
بِيعُوا	بِيعَا	بِعْ	قُولُوا	قُولَا	قُلْ
بِعْنَ		بِيعِي	قُلْنَ		قُولِي

Participium.

Plur.	*Dual.*	*Sing.*	*Plur.*	*Du.l.*	*Sing.*
بَائِعُونَ	بَائِعَانِ	بَائِعٌ	قَائِلُونَ	قَائِلَانِ	قَائِلٌ
بَائِعَاتٌ	بَائِعَتَانِ	بَائِعَةٌ	قَائِلَاتٌ	قَائِلَتَانِ	قَائِلَةٌ

Infinitiuus.

قَوْلًا . بَيْعًا

De Præterito.

In tertiis personis (excepta plurali fœm.) و & ي vocali sua abiectâ mutantur in ا quiescens post phatha primæ radicalis, vt sint pro

قَوَلَ

قُوْلُ قُوْلَتْ | قُوْلَا قُوْلَتَا | قُوْلُوا

بُيْعُ بُيْعَتْ | بُيْعَا بُيْعَتَا | بُيْعُوا

& ſic quoque cùm media habet keſre vel dſham, vt خَافَ *timuit* pro خَوِفَ, طَالَ *longus fuit*, pro طَوُلَ, هَابَ *pauit* pro هَيِبَ.

In reliquis ipſæ excidentes (iuxta Canonem quartum و & ي) vocalem ſuam ad literam præcedentem, cuius vocalis perditur, reiiciunt, immutatam quidem ſi eſt keſre vel dſham, vt

خِفْتُ خِفْتَ &c. pro خَوِفْتُ خَوِفْتَ

طُلْتُ طُلْتَ &c. pro طَوُلْتُ طَوُلْتَ

هِبْتُ هِبْتَ &c. pro هَيِبْتُ هَيِبْتَ

at mutatam, ſi eſt phatha; in dſham quidem cùm quieſcens eſt و, vt

قُلْتُ قُلْتَ قُلْتِ &c. pro قَوَلْتُ قَوَلْتَ قَوَلْتِ

in keſre verò cùm eſt ي, vt

بِعْتُ بِعْتَ بِعْتِ &c. pro بَيَعْتُ بَيَعْتَ بَيَعْتِ

Itaque prima radicalis concauorum ي in iſtis per-

personis kesre perpetuò habet: nam formam فُعِلَ inueniri in iis non puto: at in concauis و, dsham, à formis فَعُلَ & فَعَلَ; vel kesre à فَعِلَ.

De Futuro.

PENVLTIMA radicis si in Præterito phatha habet, id hîc quiescentia و in dsham, quiescentia ي in kesre mutant; vt يَقُولُ, يَبِيعُ; si kesre, in phatha, vt يَخَافُ, يَهَابُ; si dsham, id regulariter manet, vt يَطُولُ. reiicitur autem ea vocalis ad primam radicalem, vt secunda in eâ quiescat, quod fit absque vllâ mutatione si sit dsham vel kesre, at conuersione quiescentis in ا, si phatha: vt in exemplis allatis: ponuntur enim pro يَقْوُلُ, يَبْيِعُ, يَخْوَفُ, يَهْيَبُ, & يَطْوُلُ. At in plurali fœm. ob giezm literæ sequentis (iuxta Can. quartum و & ي) quiescens excidit, diciturque يَقُلْنَ, يَبِعْنَ, يَخَفْنَ, pro يَقُولْنَ, يَبِيعْنَ, يَخَافْنَ. quod & eâdem de causâ in Apocope iis personis accidit quarum tertia radicalis giezm recipit: vt,

لَمْ { يَقُلْ تَقُلْ أَقُلْ نَقُلْ
يَبِعْ تَبِعْ أَبِعْ نَبِعْ
يَخَفْ تَخَفْ أَخَفْ نَخَفْ }

De Imperatiuo.

ELIF hîc non præfigitur ob Canonem imperii: accipit enim prima vocalem ſecundæ, quæ quieſcit expreſſa, præterquam in ſingulari Maſculino & Plurali Fœm. vbi excidit ob giezm tertiæ radicalis, vnde in ſingul. maſcul. cum ن Paragogico, quod tertiæ dat phatha, redit, vt قُولَنَّ *dic,* بِيعَنَّ *vende,* خَافَنَّ *time.*

De Participio.

Hîc ſecunda ob elif quieſcens, quod primæ poſtponitur, cogitur ad motum (duæ enim quieſcentes concurrere nequeunt) à quo abhorrens in locum ſuum ſubſtituit hamze ſeu elif mobile, quod ſecundum Canonem primum de ا mobili in ي mutatur: itaque قَايِلٌ eſt pro قَاإِلٌ, & hoc pro قَاوِلٌ, بَايِعٌ pro بَاإِعٌ, & hoc pro بَايِعٌ.

De Infinitiuo.

Infinitiuus regularis est.

Passiuum Concaui ي. *Passiuum Concaui* و.

Præteritum.

	Concaui و		Concaui ي	
S.	قِيلَ قِلْتَ	قِلْتُ	بِيعَ بِعْتَ	بِعْتُ
	قِيلَتْ قِلْتِ		بِيعَتْ بِعْتِ	
D.	قِيلَا	قِلْتُمَا	بِيعَا	بِعْتُمَا
	قِيلَتَا		بِيعَتَا	
P.	قِيلُوا قِلْتُمْ	قِلْنَا	بِيعُوا بِعْتُمْ	بِعْنَا
	قِلْنَ قِلْتُنَّ		بِعْنَ بِعْتُنَّ	

Futurum.

	Concaui و		Concaui ي	
S.	يُقَالُ تُقَالُ	أُقَالُ	يُبَاعُ تُبَاعُ	أُبَاعُ
	تُقَالُ تُقَالِينَ		تُبَاعُ تُبَاعِينَ	
D.	يُقَالَانِ	تُقَالَانِ	يُبَاعَانِ	تُبَاعَانِ
	تُقَالَانِ		تُبَاعَانِ	

Plur.

P. { يُقَالُونَ تُقَالُونَ يُقَالُ | يُبَاعُونَ تُبَاعُونَ تُبَاعُ
{ يُقَلْنَ تُقَلْنَ | يُبَعْنَ تُبَعْنَ

Participium.

Dual.	*Sing.*	*Dual.*	*Sing.*
مَبِيعَانِ	مَبِيعٌ	مَقُولَانِ	مَقُولٌ
مَبِيعَتَانِ	مَبِيعَةٌ	مَقُولَتَانِ	مَقُولَةٌ

Plur. مَبِيعُونَ مَبِيعَاتٌ

Plur. مَقُولُونَ مَقُولَاتٌ

De Præterito.

Vigesima أَفْعِلَاءُ

fit ab Adiectiuo rationali formæ فَعِيلٌ, cuius tertia radicalis est secundæ similis, aut و vel ي: vt

حَبِيبٌ *dilectus*, أَحِبَّاءُ } contractè pro { أَحْبِبَاءُ
شَدِيدٌ *vehemẽs*, أَشِدَّاءُ } { أَشْدِدَاءُ

غَنِيٌّ *diues*, أَغْنِيَاءُ : وَلِيٌّ *amicus*, أَوْلِيَاءُ : & in paucissimis perfectis: vt صَدِيقٌ *verax*, أَصْدِقَاءُ : sicut contrà imperfecta quædam habent فُعَلَاءُ ; vt تَقِيٌّ *pius*, تُقَوَاءُ.

Vige-

Vigesima prima فَعْلَى

fit ab Adiectiuis formæ فَعِيلٌ & interdum quoque فَاعِلٌ vel فَعِلٌ significantibus dolorem aut destructionem, vt جَرِيحٌ *vulneratus*, جَرْحَى: قَتِيلٌ *occisus*, قَتْلَى: هَالِكٌ *periens*, هَلْكَى.

Vigesima secunda فَعَالِي

fit à singulari فَعْلَاءُ: vt صَحْرَاءُ *ager*, صَحَارِي, عَذْرَاءُ *virgo*, عَذَارِي.

Si quæ autem harum formarum ab aliis etiam singularibus triliteris & Nudis aut Fœmininis eorum veniunt, id speciale est & notandum. sicuti & obseruanda sunt illiusmodi singularia, quorum Pluralia diuersas habent formas à nominatis: qualia non vsque adeò multa occurrent.

Ea autem singularia quarum formæ in diuersis hîc compârent classibus, diuersa quoque vt plurimum habent Pluralia: sic à نَفْسٌ *anima*, fit نُفُوسٌ & أَنْفُسٌ *animæ*. غُلَامٌ *puer*, غِلْمَةٌ & غِلْمَانٌ *pueri*. عَيْنٌ *oculus*, أَعْيَانٌ & عُيُونٌ *oculi*. رَغِيفٌ *libum*,

libum, رُغْفَانٌ & أَرْغِفَةٌ *liba*. سُورٌ *murus*, أَسْوَارٌ & سِيرَانٌ *muri*. جَفْنٌ *corpus*, جُفُونٌ & أَجْفَانٌ *corpora*: عَبْدٌ *seruus*, عُبْدَانٌ, عُبُودٌ, عِبَادٌ & عِبْدَانٌ quoque عَبِيدٌ *serui*. بَحْرٌ *mare*, بُحُورٌ, بِحَارٌ & أَبْحُرٌ *maria*. شَاهِدٌ *testis*, شَاهِدُونَ, شَوَاهِدُ, شُهُودٌ *testes*: non tamen perpetuò omnia illa quæ à talibus formis deriuari possunt: sic à نَفْسٌ non dicitur, نِفَاسٌ, نِفَسَةٌ, نِفْسَةٌ, نُفْسَانٌ, nec ab عَبْدٌ dicitur, أَعْبُدٌ, عِبَدَةٌ, عَبَدَةٌ, &c. interdum verò vnum tantùm; vt à رَجُلٌ *vir*, solùm fit رِجَالٌ; ab أَمْرٌ *negotium*, solùm أُمُورٌ: quod vsus docebit.

Atque hæc quidem de nudis triliteris: quadrilitera autem nuda, & aucta in superioribus non indicata, cum Fœmininis suis formant plurale fractum assumpto ا quiescente post secundam literam, quæ, vt & prima, phatha possidet, sicut tertia kesre: vt sit formæ فَعَالِلُ, E. g. ضِفْدَعٌ *rana*, ضَفَادِعُ : مُدْخَلٌ, *vestibulum*, مَدَاخِلُ. ة ante finale excidit: vt مَزْبَلَةٌ *fimetum*,

fimetum, مَزَابِل : & vltimam radicalem si præcedat أوي quiescens, ea manet; vt قِنْدِيل, *candela*, *lampas*; قَنَادِيل : sed ob præcedens kesre in ي mutata si sit ا vel و; vt سُلْطَان *princeps*, سَلَاطِين : عُرْقُوب *calcaneus*, عَرَاقِيب : interdum tamen ea excidit, ة in fine accedente ad eius compensationem; vt إِبْلِيس *diabolus*, أَبَالِيس & أَبَالِسَة : إِسْكَاف *calcearius*, أَسَاكِيف & أَسَاكِفَة : sicuti & aliàs interdum accedit ة; vt أُسْقُف *Episcopus*, أَسَاقِف & أَسَاقِفَة : تِلْمِيذ *discipulus*, تَلَامِيذ & تَلَامِذَة : hanc etiam pluralis formam adsciscunt adiectiua formæ أَفْعَل, de quibus supra in نَصْر dictum est, vt أَسْوَد *niger*, أَسَاوِد; & comparatiua: vt أَصْغَر *minor*, *minimus*, أَصَاغِر : أَكْبَر *maior*, *maximus*, أَكَابِر. & Pluralia quædam aucta triliterorum (formatur enim interdum ab vno Plurali aliud ad copiam sermonis;) vt ظُفْر *vnguis*, in Plur. habet أَظْفَار, vnde formatur secundum plurale أَظَافِير : sic ab عِرْق *arteria*

arteria, fit عُرُوقٌ, & ab hoc عَرَايِقُ, à سِوَارٌ *armilla*, أَسْوِرَةٌ & ab hoc أَسَاوِرُ.

Ad hanc quoque pluralis formam reduci commodè poſſunt formæ ذَرَاصِرُ & ضَبَايِرُ ſuprà poſitæ, vt inſpicienti ſatis fit manifeſtum.

Quæ autem quinque vel pluribus conſtant literis (non annumeratis ة & اوي quieſcentibus) eandem quidem formam aſſumunt, ſed abiecta tamen litera vna aut pluribus: Nuda enim pentagrammata abiiciunt vltimam radicalem, vt سَفَرْجَلٌ *cydonium malum*, سَفَارِجُ; عَنْكَبُوتٌ *aranea*, عَنَاكِبُ; & interdum quoque penultimam, manente vltimâ, vt خَذَرْنَقٌ *aranea*, خَذَارِنُ & خَذَارِقُ: فَرَزْدَقٌ *glomus*, فَرَازِدُ & فَرَازِقُ. Si tamen penultima eſt و vel ي diphthongeſcens poſt phatha, vtraque manet, vltima ſcilicet & penultima, ſed و in ي mutatur ob keſre præcedens; vt فِرْعَوْنُ *Pharao*, فَرَاعِينُ: Aucta verò abiiciunt ſeruiles; vt مُدَحْرَجٌ *locus volutationis*, دَحَارِجُ: manet tamen م ſi ſeruiat cum ن vt مُنْطَلِقٌ

مُنْطَلِقٌ *solutus*, مُطَالِقٌ, vel cum سِتِن; vt مُسْتَخْرِجٌ *eductor*, مُخَارِجٌ.

Obseruatio de Pluralibus Anomalis.

NOTANDVM est Singularia quædam, Pluralia sua aliunde mutuari: vt أُمٌّ *mater* habet أُمَّهَاتٌ, tanquam ab أُمَّهَةٌ: فَمٌ *os*, أَفْوَاهٌ, à فُوهٌ: عُثَانٌ *fumus*, عَوَاثِنُ, vt ab عَاثِنٌ: مَاءٌ *aqua*, أَمْوَاهٌ, & مِيَاهٌ, vt à مَاهٌ: إِنْسَانٌ *homo*, أَنَاسٌ, ab إِنْسِيٌّ; ponitur enim pro أَنَاسِيُّ, sed ob frequentem vsum يٌّ excidit: quidam tamen putant poni pro Plurali regulariter formato ab إِنْسَانٌ, nempe أَنَاسِينُ, abiecto ينَ: & sic pauca alia de quibus aliàs. Atque hæc de Pluralibus nunc sufficiant.

CAPVT SEPTIMVM.

De Casu.

IN Numero tres sunt Casus, Nominatiuus, Genitiuus & Accusatiuus, quorum primus رَفْعٌ, secundus خَفْضٌ & جَرٌّ, tertius نَصْبٌ ab Arabibus vocatur.

catur. Horum ratione nomina alia sunt Triptota, alia Diptota. Triptota sunt in quibus casus isti tres tribus distinctis terminationibus discernuntur. Diptota in quibus Casus obliqui vnâ terminatione continentur, atque adeò quæ duas tantum terminationes agnoscunt.

Triptota autem sunt

Omnia ferè singularia, & pluralia fracta, terminantque Nominatiuum per ٌ, Genitiuum per ٍ, Accusatiuum per ً, vt Nominat. رَجُلٌ *vir*, Genit. رَجُلٍ *viri* vel *viro*, (Nam sub Genitiuo Arabum Datiuus noster & Ablatiuus continentur) Accusat. رَجُلًا *virum*, رِجَالٌ *viri*, رِجَالٍ *virorum, & viris*, رِجَالًا *viros*.

Diptota sunt

1° Dualia omnia, habentque Nominatiuum in انِ Genitiuũ & Accusatiuum in يْنِ, vt رَجُلَانِ *duo viri*, رَجُلَيْنِ *duorum virorum, duobus viris, duos viros*: مَدِينَتَانِ *duæ vrbes*, مَدِينَتَيْنِ *duarum vrbium, duabus vrbibus, duas vrbes*.

2° Pluralia sana Masculina, habentque Nominatiuum in ونَ, Genitiuum & Accusatiuum in ينَ: vt

vt مُؤْمِنُونَ *credentes*, مُؤْمِنِينَ *credentium*, *credentibus*, *credentes*.

3° Pluralia sana Fœminina, habentque Nominatiuum in اتٌ, Genitiuum & Accusatiuum in اتٍ: vt أُمَّهَاتٌ *matres*, أُمَّهَاتٍ *matrum*, *matribus*, *matres*.

4° Nomina Inuariabilia quæ vocant Arabes, seu quorum vltima vocalis non admittit Nunnationem: habetque Nominatiuum in ُ, Genitiuum & Accusatiuum in َ, vt عُثْمَانُ *Otomannus*, عُثْمَانَ *Otomanni*, *Otomanno*, *Otomannum*. مَسَاجِدُ *templa*, مَسَاجِدَ *templorum*, *templis*, *templa*: أَسْوَدُ *niger*, أَسْوَدَ *nigri*, *nigro*, *nigrum*.

Sunt autem Nomina inuariabilia

1° Adiectiua Positiua & Comparatiua formæ أَفْعَلُ: vt أَحْمَرُ *ruber*, أَكْبَرُ *maior*, *maximus*. nisi, quod rarius accidit, fœmininum per ةٌ forment, vt أَرْمَلُ *viduus*, أَرْمَلَةٌ *vidua*.

2° Adiectiua terminata انُ seruili, quæ non formant Fœmin. addito ةٌ; vt غَضْبَانُ *iratus*, cuius Fœmin. est غَضْبَى: sic enim etiam huius formæ quædam Adiectiua mouentur.

3° Terminata elif feruili: vt صَفْرَاءُ *flaua*: vel ي feruili quiefcente inftar elif, vt ذِكْرَي *recordatio* (pro ذِكْرَيٌ iuxta Can. tertium ي) fic غَضْبَي *irata*, قَتْلَي *occifa*.

4° Pluralia fracta formæ ذَوَاصِرُ & نَصَارِرُ vel نَصَارِيرُ, vt ضَوَارِبُ *verberantes*, ضَفَادِعُ *ranæ*, قَنَادِيلُ *candelæ*, مَدَاخِلُ *veftibula*, خَزَارِقُ vel خَرَارِقُ *araneæ*. Sed ex quarum vltima radicalis eft litera quiefcens, triptota funt, vt reliqua Pluralia fracta: quædam tamen kefte penultimum in phatha mutant, & ea huius quoque loci funt: vt عَذَارَي *virgines* pro عَذَارِيُ in Nominatiuo, عَذَارِي in Genit. & Accuf. fic نَصَارَي *Chriftiani* pro نَصَارِيُّ & نَصَارِيَّ. Cæterùm vox سَرَاوِيلُ *femoralia*, aliis eft Plur. à سِرْوَالٌ, & regulariter diptoton, aliis fingulare per fe, & diptoton ob fimilitudinem quam habet cum plurali formæ نَصَارِيرُ.

5° Nomina propria plurima, & inter cætera Mafculina.

lina omnia terminata ان vt عِمْرَانْ *Imran*, عُثْمَانْ *Ottoman*, & Barbara pluribus quàm tribus literis constantia; vt إِبْرَاهِيمْ *Abraham*, إِسْحَاقْ *Iſaac*, يَعْقُوبْ *Iacob*, آدَمْ *Adam*, جَهَنَّمْ *Gehenna*, فِرْدَوْسْ *Paradiſus*, &c. nec non Fœminina terminata ة fœminino, vt عَائِشَةْ *Aiſſia*, & conſtantia literis quatuor, زَيْنَبْ *Zainab*; vel tribus quarũ media mouetur, vt سَقَرْ *Sakar*, aut dham ante ſe habet, vt جُورْ *Gioer*. quæ autem tribus conſtant literis nec terminantur ة, niſi Barbara ſint, modo triptota ſunt, modò diptota, vt Nom. سَقَرٌ Genit. سَقَرٍ, Acc. سَقَرًا, & Nom. سَقَرُ Gen. & Accuſ. سَقَرَ ſic Nom. دَعْدٌ, Genit. دَعْدٍ Acc. دَعْدًا, & Nom. دَعْدُ Genit. & Accuſ. دَعْدَ quod & reliquis nominibus inuariabilibus (in poëſi potiſſimùm) interdum contingit; ſicut contrà variabilia ſeu triptota quædam, inuariabilia ſeu diptota ſubinde fiunt. ſed vtrumque rarum eſt.

Benè autem hîc meminiſſe oportet Canonis tertii و, nec non tertii & quarti ي: nam iuxta Canonem tertium و dicitur عَصًا pro عَصَوٌ, عَصَوٍ, عَصَوًا, *baculum, baculi* vel *baculo, baculum*: & iuxta tertium Can. ي

رَحًى pro رَحَيٌ & رَحًى وَرَحِيٍ وَرَحًى *mola, molæ, molam*, iuxta quartum verò eiusdem Canonem رَامٍ pro رَامِيٌ & رَامِيٍ *proiiciens, proiicientis*, جَوَارٍ pro جَوَارِيٌ & جَوَارِيٍ *puellæ, puellarum.* Excidit enim ي cùm adest Nun vocale: quod tamen illîc non monui.

Consideranda autem in hisce casibus sunt Apocope & Permutatio.

Apocope est τοῦ Nun Casualis, Vocalis quidem in triptotis, & diptotis pluralibus Fœmininis perfectis: Consoni verò in diptotis dualibus, & Pluralibus Masculinis perfectis. amittunt enim hæc omnia Nun ob Constructionem, tum Regiminis, seu cùm sequitur Genitiuus: vt كِتَابٌ *liber*, كِتَابُ مُوسَى *liber Mosis*, كِتَابِ مُوسَى *libri* vel *libro Mosis*, كِتَابَ مُوسَى *librum Mosis:* كِتَابَانِ *libri duo*, كِتَابَا مُوسَى *libri duo Mosis*, كِتَابَيْ مُوسَى *librorum duorum, libris duobus*, vel *libros duos Mosis*, كُتُبُ مُوسَى *libri Mosis*, كُتُبِ مُوسَى *librorum* vel *libris Mosis*, كُتُبَ مُوسَى *libros Mosis:* بَنُونَ *filii*, بَنُوا ٱللّٰهِ *filii*

filii Dei, بَنِي ٱللّٰهِ *filiorum, filiis* vel *filios Dei.* tum Affixi seu cùm annectitur pronomen possessiuum: vt كِتَابُهُ *liber eius*, كِتَابِهِ *libri* vel *libro eius*, كِتَابَهُ *librum eius*, كِتَابَاهُ *libri duo eius*, كِتَابَيْهِ *librorum duorum, libris duobus*, vel *libros duos eius*, كُتُبُهُ *libros eius*. Et Nun vocale etiam excidit ob articulum ال tum præcedentem, vt ٱلْكِتَابُ *liber*, ٱلْكِتَابِ *libri*, ٱلْكِتَابَ *librum*; tum sequentē, vt كِتَابُ ٱلَّذِي *liber qui*, كِتَابَ ٱلَّذِي *librum qui* &c. رَامٍ *sagittarius*, رَامِي ٱلْمَلِكِ *sagittarius regis*: excidente enim Nun redit ي abiectum.

Sed أَبٌ *pater*, أَخٌ *frater*, حَمٌ *socer*, & interdum quoque هَنٌ *muliebria*, Nun ob constructionem abiicientes (nisi accedat ي, affixum) assumunt eius loco literam quiescentem, in Nominatiuo و, in Gen. ي, in Acc. ا, vt هُوَ أَبُو دَاوُدَ *is est pater Dauidis*, مِنْ أَبِي دَاوُدَ *à patre Dauidis*, رَأَيْتُ أَبَا دَاوُدَ *vidi patrem Dauidis*, أَبُوكَ *pater tuus*, أَبِيكَ *patris tui*, أَبَاكَ *patrem tuum*. Sic ذُو *possessor*, in regimine (nec aliter vsurpatur)

patur) habet genitiuum ذِي, Accusatiuum ذَا & فَمٌ *os, oris*, in Gen. constructo فِي habet, (etiam cum affixo يَ,) & Accusatiuo فَا.

Permutatio est Nominatiui cum Accus. accipit enim ille huius terminationem in subiecto enuntiationis cùm præcedunt particulæ subiecti, quæ sunt إِنَّ *etenim, vtique.* كَأَنَّ *sicuti.* لَيْتَ *vtinam.* أَنَّ *quod.* لَكِنَّ & لَكِنْ *sed.* لَعَلَّ *fortassis.* vt إِنَّ مُحَمَّدًا يَقُومُ *etenim Mahomed stat* إِنَّ ٱللَّهَ غَفُورٌ *etenim Deus est clemens,* عَلِمُوا أَنَّ ٱلْمَلِكَ قَدِيرٌ *sciunt quòd rex est potens;* vbi مُحَمَّدًا est pro مُحَمَّدٌ, ٱللَّهَ pro ٱللَّهُ, ٱلْمَلِكَ pro ٱلْمَلِكُ. إِنَّ autem & لَيْتَ assumunt interdum مَا in fine, & tunc إِنَّ semper, لَيْتَ vtplurimum virtutem illam amittit.

Sic لَا *non est*, immediatè præpositum appellatiuo, ei influxu suo pro Nominatiui dat Accusatiui terminationem, sed sine Nun vocali, vt لَا رَجُلَ فِي ٱلدَّارِ *non est vir in domo:* sed iteratum liberè influit in alterutrum, & vtrumque.

De

De Vocatiuo.

VOCATIVVS per Accuſatiuum concipitur: vt رَجُلًا يَا *ô vir*, يَا عَبْدَ ٱللّٰهِ *ô ſerue Dei*: niſi ſit nominis Proprii aut Appellatiui poſſidentis articulum; vel abſolutè poſiti, quod ſignificat rem quam vocans intuetur, tum enim concipitur per Nominat. ſed abſque Nun vocali: vt يَا آدَمُ *ô Adam*, يَا مُحَمَّدُ *ô Mahomed*, يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ *ô homines*, يَا رَجُلُ *ô tu vir*, (quem ſcilicet aſpicio) يَا رَجُلَانِ *ô vos duo viri*, يَا نَبِيُّونَ *ô vos prophetæ*. Si quis ad opem inuocetur, adhibetur non rarò Genitiuus præfixo لَ: vt يَا لَزَيْدٍ *ô Zeidun*, (*adiuua* ſcilicet) vel Accuſat. cum اهْ, vt يَا زَيْدَاهْ. Cùm autem Vocatiuo addendum eſt *mi* vel *mei*, id regulariter fit per affixum ي, vt يَا غُلَامِي *ô puer mi*, & phathato ي يَا غُلَامِيَ; vel omiſſo, vt غُلَامِ: rarò per ا vt يَا غُلَامَا, rariſſimè per ſimplex dſham, vt يَا غُلَامُ. pro أَبِي autem *pater mi*, & أُمِّي *mater mea*, interdum dicitur, أَبَتِ vel أَبَتَ & أُمَّتِ vel أُمَّتَ: quod ſpeciale eſt.

CAPVT OCTAVVM,
De Declinatione.

Ex Numerorum & Casuum supramemoratorum varietate Declinationes exsurgũt quatuor.

Prima triptota est in Singulari & Plurali, (nam Dualis vbique eadem est ratio:) vt

Sing. Nom. بَيْتٌ, Gen. بَيْتٍ, Accus. بَيْتًا.

Plur. Nom. بُيُوتٌ, Gen. بُيُوتٍ, Accus. بُيُوتًا.

Secunda triptota in singulari & diptota in Plur. vt

Sing. Nom. نَاصِرٌ, Gen. نَاصِرٍ, Ac. نَاصِرًا.

Plur. Nom. نَاصِرُونَ, Gen. & Acc. نَاصِرِينَ.

Sing. Nom. نَاصِرَةٌ, Gen. نَاصِرَةٍ, Ac. نَاصِرَةً.

Plur. Nom. نَاصِرَاتٌ, Gen. & Acc. نَاصِرَاتٍ.

Sing. Nom. مُسْجِدٌ, Gen. مُسْجِدٍ, A. مُسْجِدًا.

Plur. Nom. مُسَاجِدُ, Gen. & Acc. مُسَاجِدَ.

Tertia diptota in Sing. & triptota in Plurali, vt

Sing. Nom. أَحْمَرُ, Gen. & Acc. أَحْمَرَ.

Plur. Nom. حُمْرٌ, Gen. حُمْرٍ, Acc. حُمْرًا.

Quarta

Quarta diptota in Sing. & Plurali, vt

Sing. Nom. أَصْغَرُ, Gen. & Acc. أَصْغَرَ.

Plur. Nom. أَصَاغِرُ, Gen. & Acc. أَصَاغِرَ.

CAPVT NONVM,

De Comparatione.

COMPARATIVVS fit à positiuo, præfixo أ; estque formæ أَفْعَلُ: vt حَسَنٌ *bonus*, أَحْسَنُ *melior*, صَغِيرٌ *paruus*, أَصْغَرُ *minor*, حَبِيبٌ *carus*, أَحَبُّ (pro أَحْبَبُ) *carior*. habetque post se مِنْ vt أَعْظَمُ مِنَ ٱلْمَلِكِ *maior rege*. si absolutè ponatur aut in regimine, Superlatiuus est; vt اَللّٰهُ أَعْلَمُ *Deus est scientissimus*. أَحْسَنُ ٱلنَّاسِ *optimus hominum*.

CAPVT DECIMVM,

De Numeralibus.

NOMINVM Numeralium, quia peculiaria quædam habent, tractatum hîc lubet adiicere: sunt autem duplicia; Cardinalia, & Ordinalia. Cardinalia sunt

1 وَحِدٌ

1	وَاحِدٌ	وَاحِدَةٌ vel	
	أَحَدٌ	إِحْدَى	
2	إِثْنَانِ	اِثْنَتَانِ	
3	ثَلَاثَةٌ	ثَلَاثٌ	
4	أَرْبَعَةٌ	أَرْبَعٌ	
5	خَمْسَةٌ	خَمْسٌ	
6	سِتَّةٌ	سِتٌّ	
7	سَبْعَةٌ	سَبْعٌ	
8	ثَمَانِيَةٌ	ثَمَانٍ	
9	تِسْعَةٌ	تِسْعٌ	
10	عَشَرَةٌ	عَشْرٌ	

20 عِشْرُونَ	50 خَمْسُونَ	80 ثَمَانُونَ	200 مِائَتَانِ
30 ثَلَاثُونَ	60 سِتُّونَ	90 تِسْعُونَ	1000 أَلْفٌ
40 أَرْبَعُونَ	70 سَبْعُونَ	100 مِائَةٌ	2000 أَلْفَانِ

Quorum prima duo regulariter formant fœmininum: ſequentia octo Maſculina ſunt ſub terminatione Fœminina, & vice verſa: reliqua communia. Ea autem quæ terminantur ون diptota ſunt, vt reliqua dualia, & pluralia perfecta, cætera verò triptota.

Reliqua ex his componuntur, minori numero perpetuò præmiſſo, idque ſine Coniunctione copulatiua vſque ad viginti: vt,

11	أَحَدَ عَشَرَ	إِحْدَى عَشْرَةَ
12	إِثْنَا عَشَرَ	إِثْنَتَا عَشْرَةَ

13

13 ثَلَاثَةَ عَشَرَ ثَلَاثَ عَشْرَةَ

14 أَرْبَعَةَ عَشَرَ أَرْبَعَ عَشْرَةَ

& ſic de cæteris: ita vt in hac compoſitione regulariter عَشَرَ ſit maſculinum, & عَشْرَةَ fœm. & vtrumque terminetur nuda vocali phatha, idque in omni caſu, præter اِثْنَا عَشَرَ & اِثْنَتَا عَشْرَةَ, quorum caſus obliquus eſt اِثْنَيْ عَشَرَ & اِثْنَتَيْ عَشَرَ.

In reliquis accedit Coniunctio abſque vlla mutatione, vt أَحَدًا وَعِشْرِينَ, أَحَدٌ وَعِشْرُونَ, أَحَدٍ وَعِشْرِينَ, & ſic de cæteris.

Ordinalia ſunt

Primus أَوَّلٌ	أُولَى	6 سَادِسٌ	سَادِسَةٌ
2 ثَانٍ	ثَانِيَةٌ	7 سَابِعٌ	سَابِعَةٌ
3 ثَالِثٌ	ثَالِثَةٌ	8 ثَامِنٌ	ثَامِنَةٌ
4 رَابِعٌ	رَابِعَةٌ	9 تَاسِعٌ	تَاسِعَةٌ
5 خَامِسٌ	خَامِسَةٌ	10 عَاشِرٌ	عَاشِرَةٌ

عِشْرُونَ

عِشْرُونَ *vigesimus, ma*; ثَلَاثُونَ *trigesimus, ma*, & sic de cæteris denariis: nam in his non differunt Ordinalia à Cardinalibus.

Reliqua ex his componuntur eodem ferè modo quo Cardinalia, vt

حَادِي عَشَرَ vndecimus حَادِيَةَ عَشْرَةَ

ثَانِي عَشَرَ 12^us^ ثَانِيَةَ عَشْرَةَ

ثَالِثَ عَشَرَ 13^us^ ثَالِثَةَ عَشْرَةَ

& sic cætera, vt aptota quoque sint per phatha:

حَادِي وَعِشْرُونَ 21^us^ حَادِيَةٌ وَعِشْرُونَ

& ita reliqua.

CAPVT VNDECIMVM.

De Pronomine.

NOMINIS vicem subeunt Pronomina; quæ sunt Separata, vel aliis vocibus Affixa. Separata sunt triplicia, Personalia, Demonstratiua, & Relatiua: quæ Generibus & Numeris variantur vt Nomina: sed Casus non agnoscunt nisi dualia Demonstratiua & Relatiua, quæ more Nominum diptota sunt.

Personalia autem sunt hæc:

Sin-

Pluralia	*Dualia*	*Singularia*	
illi هُمْ *vos* أَنْتُمْ *nos* نَحْنُ	*illi duo, vos duo* هُمَا أَنْتُمَا	*ille* هُوَ *tu* أَنْتَ *ego* أَنَا	Masc. Com.
illæ هُنَّ أَنْتُنَّ		*illa* هِيَ أَنْتِ	Fœm.

quorum ea quæ tertiæ personæ sunt pro verbo substantiuo cuiusuis personæ sæpissimè vsurpantur.

Demonstratiuum autem propinqui est ذا *hic*; quod sic flectitur:

Plur.	*Dual.*	*Sing.*	
أولاء اولي	ذان ذين	ذا	Masc. Com.
	تان تين	ذه ذهي ذي ته تا تهي تي	Fœm.

fitque demonstratiuum remoti addito ك, in hunc modum,

Plur.	*Dual.*	*Sing.*	
اولائك اولاك	ذانك ذينك	ذاك	*ille.*
	تانك تينك	تاك	

ante quod ك in Singul. & Plur. non rarò assumitur ل.

tur ل, vt dicatur ذَالِكَ, & cum م paragogico ذَالِكُمْ, ذَنِكَ, أُولَالِكَ. vtrique autem, nisi ل illud assumatur, crebrò præfigitur هَا, cuius tamen ا compendii causa non solet pingi, sed per phatha perpendiculare aut medde repræsentari (quod & τῷ ذَا ante ل, & aliis vocibus ا quiescens habentibus creberrimè accidit) hoc modo:

هٰذَا هٰذَانِ هٰذَيْنِ هٰؤُلَاءِ

هٰذِهِ هٰتَانِ هٰتَيْنِ

Sic هٰذَاكَ هٰنَاكَ &c.

Relatiuum est الَّذِي *qui*, compositum ex articulo ال & لَذِي; flectiturque hoc modo:

الَّذِي | اللَّذَانِ اللَّذَيْنِ | الَّذِينَ

الَّتِي | اللَّتَانِ اللَّتَيْنِ | اللَّائِي اللَّاءِ

اللَّاتِي اللَّوَاتِي

اللَّاءِ

Nun duale hîc & in Demonstratiuis interdum habet tesdid, in compensationem vltimæ singularis excidentis.

Cæterùm relatiuum hoc non patitur ante se literas

ras seruiles præter فَل و: ac rarissimè vsurpatur in casu obliquo: sed defectus hi supplentur per affixa vocum sequentium: sic pro بِالَّذِي *in quo*, dicitur اَلَّذِي بِهِ; pro مِنَ الَّذِي *à quo*, اَلَّذِي مِنْهُ; pro اَلَّذِي رَأَيْتُ *quem vidi*, اَلَّذِي رَأَيْتُهُ.

Relatiua quoque sunt sed antecedens includentia مَنْ *is qui*, & *ii qui*, *quicunque*, مَا *id quod*, *quodcunque*, *ea quæ*, *quæcunque*: illud de personis, hoc de rebus dicitur: & vtrumque non rarò interrogat.

أَيٌّ autem *quis*, *qualis*, Nomen est interrogatiuum & substantiuum; vnde aliud substantiuum regit in Genitiuo: vt أَيُّ كِتَابٍ *qualis liber*, مِنْ أَيِّ كِتَابٍ *ex quo* vel *quali libro?*

Affixa cum Nominibus significant possessionem, referuntque Pronomina nostra possessiua: cum verbis vt plurimum casum patientem, non rarò tamen datiuum, maximè cùm Accusatiuus alius sequitur: suntque

Plur. 3	Plur. 2	Plur. 1	Dual. 3	Dual. 2	Sing. 3	Sing. 2	Sing. 1	Persona	
هُمْ	كُمْ	نَا	هُمَا	كُمَا	هُ	كَ			Masc.
							نِي	cum verbis, ي cū Nom.	Com.
هُنَّ	كُنَّ				هَا	كِ			Fœm.

Quæ nunquam mutantur, niſi quòd هُ هُمَا هُمْ هُنَّ dſham in keſre mutant, cùm immediatè præcedit keſre: vt مِنْ رَبِّهِ, vel ي vocali deſtitutum, vt فِيهِ *in eo*, عَلَيْهِ *ſuper eo.* & quòd ي loco keſre ante ſe, habet phatha ſuper ſe, cùm annectitur dictioni terminatæ aliquâ literarum اوي vocali deſtitutâ: vt خَطَايَا *peccata*, خَطَايَايَ *peccata mea*; غُلَامَانِ *duo pueri*, غُلَامَايَ *duo pueri mei*; غُلَامَيْنِ *duorum puerorum*, غُلَامَيَّ *duorum puerorum meorum*; مُسْلِمُونَ *fideles*, مُسْلِمِيَّ *fideles mei*: nam و Nominatiui Pluralis perfecti mutatur in ي poſt keſre, vt non differat à caſu obliquo; nam & à مُسْلِمِينَ *fidelium*, dicitur مُسْلِمِيَّ *fidelium meorum*: عَصًا *baculus*, عَصَايَ *baculus meus*; رَامٍ *ſagittarius*, رَامِيَّ *ſagittarius meus.* & quod poſt keſre interdum excidit; vt رَبِّ *domine mi*: quod ferè perpetuum eſt cùm præcedit aliud ي deſcendens ex hamze, vt أَحِبَّايَ *amici mei*, آبَايَ *patres mei.* Sic pro نِي occurrit نِ, vt اُنْصُرُونِ *adiuua me.*

Et

Et vocibus nullam inducunt mutationem: nisi quòd in Nominibus Nun casuale tollunt, vt suprà dictum est; & ي insuper vltimam vocalem; vt كِتَابٌ *liber*, كِتَابِي *liber meus*, ac ة fœmininum in ت mutant: vt عَمَّةٌ *amita*, عَمَّتُكِ *amita tua*: nec non hamze vltimum in و vel ي iuxta Canonem primum de Elif mobili. in Verbis autem pellunt ا otiosum post و seruile, vt نَصَرُوا *adiuuerunt*, نَصَرُونَا *adiuuerunt nos*; & terminationi تُمْ *adiiciunt* و, vt نَصَرْتُمْ *adiuuistis*, نَصَرْتُمُوهُ *adiuuistis eum*.

Vni autem Verbo duo interdū annectuntur affixa, vt أَعْطَانِيهِ *dedit mihi eū*, فَسَيَكْفِيكَهُمْ *sufficit tibi, illis*.

Possunt quoque separatim affixa verbis apponi, sed præfixo إِيَّا, vt إِيَّاكَ *te*, إِيَّايَ *me*, &c. ضَرَبَكَ & ضَرَبَ إِيَّاكَ *verberauit te*.

Actiones autem reciprocæ per nomen نَفْس cum affixis exprimuntur, vt أَحْبَبْتُ نَفْسِي *dilexi me* (quasi dicat, *animam meam*) أَحْبَبْتُمْ أَنْفُسَكُمْ *dilexistis vos ipsos*, &c. rarissimè per nudum affixum, vt أُحِبُّنِي *diligo me*.

FINIS LIBRI TERTII.

THOMÆ ERPENII GRAMMATICÆ ARABICÆ Liber Quartus, DE PARTICVLIS.

CAPVT PRIMVM, *De Particulis coniunctis.*

PARTICVLARVM orationis indeclinabilium aliæ ſunt coniunctæ, quæ perpetuò aliis vocibus præfigũtur, aliæ ſeparatæ. Coniunctæ ſunt octo literæ أَبْتَسْ فَكْلُو.

ا

habet phatha, eſtque nota interrogationis, vt أَمَاتَ *an obiit?* أَأَنْتَ *an tu?* أَفِي *an in?* & vocandi articulus; vt ايُوسُفُ *ô Ioſephe.*

ب

ſemper poſſidet keſre, &

1° ſignificat *in*: vt بِالْمَسْجِدِ *in templo.*

2° notat

2° notat *instrumentum*: vt كَتَبْتُ بِقَلَمٍ *scripsi calamo.*

3° valet *cum*, quando vid. subiungitur verbis aduentus & discessus, quæ tum per *adducere afferre, abducere auferre*, exponuntur: vt أَتَوْا بِكِتَابٍ *attulerunt librum*, ذَهَبُوا بِالْفَتَى *abduxerunt puerum.*

4° est iurandi particula; vt بِاللّٰهِ *per Deum* بِالأَرْضِ *per terram.*

5° Nominatiuo præfigitur pleonasticè; vt اللّٰهُ بِقَدِيرٍ *Deus est in potente*, id est, *potens*: أَنَا بِمُؤْمِنٍ *ego sum in credente*, id est, *credens.*

6° constructioni verborum peculiariter inseruit: vt مَرَّ بِي *præteriit me.*

ت

præfigitur nomini اللّٰه cum phatha, estque iurandi particula: vt تَاللّٰهِ *per Deum.*

س

cum phatha Futuro præfigitur, & valet *post.* vide pag. 50.

ف

habet phatha, & significat *ac, dein*; subiungitque præcedenti

cedenti id quod re ipſa poſterius eſt, & ſequitur, ſed ſine mora, quo differt à ثُمَّ. Initio tamen ſententiæ, & poſt dictiones completiuas ſæpe redundat, & completiua eſt. Emphaſin egregiam importat, & per *igitur* commodè ſæpe reddatur, cùm Imperatiuo præfigitur. Exempla paſſim ſunt obuia.

كَ

phatha quoque poſſidet, & ſignificat *ſicut*, *inſtar*, regitque Genitiuum, nec admittit affixa; vt كَرَجُلٍ *ſicut vir.*

لِ

1° eſt Datiui noſtri nota, regitque Genitiuum, ac obtinet keſre: vt لِرَبٍّ *domino:* cum affixis tamen habet phatha, vt لَكَ *tibi.*

2° ſignificat *ob, propter,* cum keſre: vt ضَرَبْتُهُ لِكَذِبِهِ *verberaui eum ob mendacium eius.*

3° denotat *ad*: vt ضَرَبْتُهُ لِلتَّأْدِيبِ *verberaui eum ad erudiendum.*

4° eſt vocationis ad opē nota, vt ſuprà viſum fuit.

5° iuramenti particula: vt لِلَّهِ *per Deum.*

6° per pleonaſmum eleganter vocibus præfigitur cum phatha, nec mutationem vllam inducit, cùm alibi,

alibi, tum maximè initio prædicati, cuius subiectum ante se habet إِنَّ vt 6 إِنَّ اللّٰهَ لَقَدِيرٌ *etenim Deus est potens:* إِنَّ اللّٰهَ لَفِي السَّمَاءِ *etenim Deus est in cælo:* إِنَّ اللّٰهَ لَيُحِبُّ الْمُؤْمِنِينَ *Etenim Deus amat fideles.*

7° præfigitur Præterito cum phatha, vertitque id in Optatiuum. vide Pag. 49.

8° præfigitur Futuro cum kesre, & tunc aut format ex eo Imperatiuum, inducitque apocopen; aut significat *vt*, inducitque antithesin. vide pag. 58. & 60.

9° peculiariter inseruit Verbis: vt رَدُفَ لَكُمْ pro رَدُفَكُمْ *eiecit vos.*

وَ

habet phatha, estque 1° coniunctio copulatiua *&, etiam*; sed non includit ordinem vt فَ.

2° iurandi particula, regitque genit. vt وَرَبِّ *per Dominum.*

3° Præpositio *cum*, & regit Accusatiuum: vt جَاءَ الْأَمِيرُ وَالْجَيْشَ *venit Imperator cum exercitu.*

Appendix.

م & ع videntur quoque seruiles esse in مِمَّا & عَمَّا pro مِنْ مَا & عَنْ مَا.

CAPVT SECVNDVM,

De Particulis ſeparatis.

PARTICVLAS ſeparatas more noſtro viſum eſt diſtinguere in Aduerbia, Coniunctiones, Præpoſitiones, & Interiectiones.

Aduerbia Loci.

أَيْنَ , حَيْثُ *vbi*: مِنْ أَيْنَ , مِنْ حَيْثُ *vnde*: إِلَى أَيْنَ , إِلَى حَيْثُ *quo*, حَيْثُمَا , أَنَّى *vbi-cunque*: هُنَالِكَ *hic*: هَاهُنَا , هِنَّا , هُنَّا , هُنَا , هُنَاكَ *illic*: مِنْ هُنَا *hinc*, مِنْ هُنَاكَ *illinc*, إِلَى هُنَا *huc*, إِلَى هُنَاكَ *illuc*, &c.

Temporis.

مَتَى *quando, cùm.* قَدْ *iam, antè*, cum Præterito: *interdum* cum Futuro. ſæpè etiam cum Præt. vacat, aut emphaſin ſolùm aliquam importat, vt & فَقَدْ & لَقَدْ · قَطُّ *vnquam*, ثُمَّ & ثَمَّتَ *deinde*, إِذْ , إِذَا , إِذْمَا & أَيَّانَ *quum*, يَوْمَ , حِينَ & حِينَئِذٍ , يَوْمَئِذٍ *tunc*. مِنْ بَعْدُ , بَعْدَمَا , بَعْدَ إِذْ , لَمَّا *poſtquam*. سَوْفَ , سَوْ , سَفْ ,

سَفْ , سَبِيْ *pòst:* هٰذَا قَبْلَ *ante hac,* هٰذَا بَعْدَ *post hac.* حَتَّى , اِذَا حَتَّى , اَنْ حَتَّى & اَنْ اِلَى *donec,* قَبْلُ & قَبْلَ مِنْ *antea,* بَعْدُ & بَعْدَ مِنْ *postea,* اَنْ قَبْلِ مِنْ *antequam.*

Vocandi.

يَا , اَيَا , هَيَا , اَيْ, & ſequente articulo يَاأَيُّهَا, fœm. يَاأَيَّتُهَا *ô.*

Demonſtrandi.

اِنْ , اِذَا , هَا , هُوذَا , هَاهُوذَا , هَانَذَا, fœm. هَاذِهِ, *ecce.*

Interrogandi.

هَلْ ; رُبَّ , *an, nunquid:* , اَمَا , اَلَا , اَفَمَا اَوَلَا , اَلَمْ , اَفَلَمْ , اَوَلَمْ *an non?*

Affirmandi.

اِيْ , نَعَمْ , بَلَى , جَيْرِ , اَجَلْ , اِنَّ *etiam.*

Negandi.

لَا *non* & *ne* prohib. كَلَّا *nequaquã, minimè gentiũ.*

لَمَّا,

لَمْ ، لَمَّا ، لَيْسَ non (sed hoc vltimum modo præteriti quoque coniugatur, venitque pro verbo ſubſtantiuo negante: vt لَيْسَ non eſt, لَسْتُمْ non eſtis, &c.) إِنْ idem, ſed non niſi ſequente إِلَّا niſi, لَمَّا idem, & nondum, لَنْ nequaquam.

Alia.

كَيْفَ ، أَنَّى quomodo, كَيْفَمَا quomodocunque, لِمَ ، & لِمَا, quare, فَقَطْ ſolùm, ſemper poſtponitur. إِنَّمَا ſolummodò, tantùm, لَيْتَ ، يَا لَيْتَ vtinam, ô vtinam. لَعَلَّ fortaſſe. رُبَّ idem, & interdum. إِذَنْ, age. إِذًا idem, & vtique. كَأَنَّ ſicuti, ac ſi. كُلَّمَا quotieſcunque.

Reliqua.

Reliqua Aduerbia ferè exprimuntur per Accuſatiuos Nominum: vt حَسَنًا benè, شَرًّا malè, حَكِيمًا ſapienter, كَثِيرًا multùm, جِدًّا vehementer, مَعًا ſimul, خَارِجًا foris, بَعِيدًا eminus, أَوَّلًا primùm, أَمْسًا heri, غَدًا cras, & cum articulo, أَلْيَوْمَ hodie, أَلْآنَ nunc.

nunc. Vel per Genitiuum cum præpositione: vt مِن فَوْقِ *desuper*, إِلَى دَاخِل *intrò*, إِلَى ٱلْآنَ *hactenus*, مِن ٱلْآنَ *posthac*, &c.

Coniunctiones.

Copulatiuæ, sub quibus & disiunctiuæ & aduersatiuæ continentur: ثُمَّ *&*, *deinde*, حَتَّى idem: أَمَّا, أَوْ *vel*, *aut*, أَمْ *an*, *vel*. بَلْ, لَاكِنْ & لَاكِنَّ *sed*: لَا *non autem*.

Causales.

إِنَّ *nam*, *etenim*, *vtique*, لِأَنَّ, أَنَّهُ, & أَنْ *quòd*: لِأَنْ *quia*: أَنْ, حَتَّى, كَيْ, لِكَيْ, كَيْمَا, بِمَا: *ne*: لِكَيْلَا, كَيْلَا, لِئَلَّا, أَلَّا: *vt*: لِكَيْمَا *eò quòd*. لَوْ *si*, de præterito; إِنْ, لَئِنْ idem, de Futuro. وَإِنْ, وَلَوْ, & رُبَّمَا *nisi*: هَلَّا & إِلَّا, لَوْمَا, لَوْلَا *etsi*, *quamuis*, ثُمَّ. مِنْ *propterea*.

Completiuæ.

أَمَّا, إِنَّ, أَنَّ, إِنَّمَا, وَأَمَّا, فَأَمَّا, فَإِنَّ, &c. *autem*.

Præpositiones.

مِنْ *à, ab, ex, de,* & sæpè pleonasticè nomini apponitur. إِلَى *ad; cum.* حَتَّى *vsque ad; cum.* فِي *in, super, de.* عَنْ *à, de.* عَلَى *super, de.* لَدَى, لَدُنْ & interdū لَدْنِ, لَدِنْ, لَدُ, لَدْ, لَدَ, لُدْنِ, لَدُنِ, مِنْ لَدُنْ *apud;* *à:* مُذْ & مُنْذُ *inde à,* de tempore. خَلَا, عَدَا, حَاشَا, *præter.* quæ omnia admittunt affixa, præter مُذْ, مُنْذُ & حَتَّى.

Reliquæ autem Præpositiones exprimuntur per nomina substantiua aduerbialiter posita, id est in casu accusatiuo, sed abiiciente Nun vocali ob regimen, vt فَوْقَ *suprà,* تَحْتَ *infra,* قَبْلَ *ante,* قُدَّامَ *ante,* أَمَامَ *coram,* عِنْدَ *apud,* مَعَ *cum,* دُونَ *præter;* & *infra* de numero, & *non autem,* subintellectâ simul præpositione, si qua præcessit; عَبْرَ *trans,* بَدَلَ *pro,* حَوْلَ *circa,* بَيْنَ *inter,* خَلْفَ *post,* شَطْرَ *versus;* & si quæ similia: quò pertinent سِوَى سُوَى سَوَاءَ & غَيْرَ *præter:* quæ tamen interdum variant terminationem, vt dicetur libro sequente: Vel per Genitiuum, præcedente

dente præpositione: vt مِنْ فَوْقُ *supernè*, مِنْ بَعْدُ *post*, مِنْ دُونِ *præter*, مِنْ أَجْلِ *propter*, لِأَجْلِ, idem, &c.

Interiectiones.

Has docebit facilè vsus. وَيْلٌ autem *væ* Nomen eſt, & cum articulo اَلْوَيْلُ dicitur. regitque genitiuum cum لِ.

Appendix.

كَمْ، كَأَيِّنْ *quot*, & كَذَا *tot* Nomina quidem videntur potiùs eſſe quàm particulæ: ſed tamen particularum more immutabilia ſunt: quod & Nominibus, ſonitus, animaliumque voces ſignificantibus, & paucis etiam aliis Præteriti aut Imperatiui valorem obtinentibus quoque accidit.

THO-

THOMÆ ERPENII GRAMMATICÆ ARABICÆ Liber Quintus, DE SYNTAXI.

CAPVT PRIMVM, *De Syntaxi Nominum.*

CONCORDIA Subſtantiui cum Adiectiuo, relatiui cum antecedente, ac Nominatiui cum verbo eadem hîc quæ in aliis lin-guis. Solùm obſeruandum eſt

1° Plurale inhumanum (ſic voco quod non ſignificat homines) eleganter conſtrui modo ſingularis fœminini: vt جَنَّاتٌ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا الْأَنْهَارُ *horti ſub quibus currunt fluuii.* vbi ſingularia fœminina هَا & تَجْرِي conſtruuntur cum جَنَّاتٌ & أَنْهَارٌ pluralibus inhumanis.

2° Plurali humano eleganter quoque præponi verbum ſingulare, eodem ferè genere in Præterito, ſed non raró diſcrepante in futuro: vt قَالَ النَّاسُ *dixerunt*

dixerunt homines, تَقُولُ الْحُكَمَاءُ & يَقُولُ *dicunt sapientes.* si verbum postponatur, omnia sunt regularia: vt اَلنَّاسُ قَالُوا وَيَقُولُونَ *homines dixerũt & dicent.*

Idem de duali habendum.

3° Adiectiuum appositum Vocatiuo vel Nomini affecto à vocula لَا cum Substantiuo suo, interdum non conuenire casu.

Cæterùm Adiectiuum & Substantiuum eandem partem enuntiationis constituentia hîc etiam in restrictione & absentia eius conueniunt. id est, si vtrumque pertinet ad subiectum, aut ad prædicatum, ac vnum restrictum est, necesse est & alterum restringi. Substantiuum autem restrictum est, essentialiter quidem quoduis nomen proprium, & Pronomen personale: accidentaliter verò quoduis appellatiuum habens Articulum initio, aut constructum cum affixo vel genitiuo. Sic adiectiuum essentialiter restrictum, est pronomen demonstratiuum; Accidentaliter, quod articulum habet. itaque dicendum كِتَابٌ عَظِيمٌ & إِبْرٰهِيمُ الْأَمِينُ, اَلْكِتَابُ الْعَظِيمُ *liber magnus,* *Abraham fidelis,* هٰذِهِ إِلَيَّ أَرْسَلَ الْكَرِيمُ أَبِي الرِّسَالَةَ *Pater meus reuerendus misit ad me hanc epistolam.* Si verò non constituant eandem partem enuntiationis,

nis, id non obtinet: vt اَللّٰهُ قَدِيرٌ *Deus est potens*, هٰذَا كِتَابٌ *hic est liber.*

Substántiuum cum Substantiuo genitiuo casu iungitur: vt يَدُ ٱلْإِنْسَانِ *manus hominis*: اِبْنُ مَرْيَمَ *filius Mariæ*: كَوْسُ ذَهَبٍ *cyathus auri*, id est, *aureus*: كُلُّ إِنْسَانٍ *vniuersitas hominis*, id est, *omnis homo*, vel *omnes homines.* nam كُلٌّ est Substantiuum.

Exceptio.

Sed nomen mensuræ & ponderis regit mensuratum & ponderatum in Accus. vt قَفِيزٌ شَعِيرًا *modius hordei.* رِطْلٌ زَيْتًا *libra oliuarum.*

Obseruatio I.

Quædam Subst. assumpto affixo cum præcedente Subst. congruente, adiectiua quodammodo fiunt, & constructionem eorum imitantur: vt نَفْسٌ *anima* cum affixo alii subst. appositum valet idem quod *ipse, ipsa, ipsum*, & كُلٌّ *vniuersitas*, idem quod *totus tota totum*; conueniúntque cum præcedente subst. حَبِيبٌ نَفْسُهُ *amicus ipse*, quasi dicas, *amicus anima eius*, حَبِيبًا نَفْسَهُ

نَفْسَهُ *amicum ipsum.* كُلُّهُ خُبْزٌ *panis totus,* خُبْزٌ كُلِّهِ *panis totius*, &c.

Obseruatio II.

Numeri cardinales ratione regiminis ſubſtantiua ſunt: vnde à tribus ad decem & qui ſupra 99 ſunt regunt numeratum in genitiuo, more reliquorum ſubſtantiuorum; ſed minor denario plurale cupit, centenarius & maior eo, ſingulare: vt ثَلَاثُ جَارِيَاتٍ *tres puellæ.* أَرْبَعَةُ رِجَالٍ *quatuor viri;* مِائَةُ رَجُلٍ *centū viri;* أَلْفُ دِينَارٍ *mille denarii.* reliqui, à decem ad centum, vt ſubſtantiua ponderis & menſuræ, regunt numeratū in Accuſ. ſingulari: خَمْسَةَ عَشَرَ دِرْهَمًا *quindecim drachmæ.* عِشْرُونَ ذِئْبًا *viginti lupi,* &c. Quam conſtructionem ſequuntur, كَأَيِّنْ , كَمْ & كَذَا: vt كَمْ دِرْهَمًا *quot drachmæ?* كَأَيِّنْ رَجُلًا *quot viri?* quæ cum præpoſitione regunt genitiuum: vt بِكَمْ دِرْهَمٍ *quot drachmis?* كَأَيِّنْ مِنْ رَجُلٍ *quot viri?* At ratione conuenientiæ adiectiua ſunt, & Maſculina Maſculinis, Fœminina Fœmininis, Communia vtriſq. apponuntur, vt patet in exemplis allatis.

CAPVT SECVNDVM,

De Syntaxi Verborum.

VERBVM كَانَ *fuit*, صَارَ *factus est*, لَيْسَ *non est*, مَا دَامَ *quamdiu fuit* vel *mansit*, & similia, quæ esse vel fieri significant aut includunt, quæque apud Latinos ante & post se Nominatiuum adsciscunt, hîc pro secundo Nominatiuo, qui scilicet exprimit prædicatum, assumunt accusatiuum: vt كَانَ ٱللّٰهُ قَدِيرًا *Deus est potens*, زَيْدٌ صَارَ غَنِيًّا *Zeydun factus est diues*, &c. quod & interdum accidit omisso illo verbo substantiuo, cùm subiectum habet ante se مَا vel لَا *non*.

Verba Actiua pleraque Accusatiuum regunt, plurima genitiuum mediante præpositione لِ , بِ , إِلَى , مِنْ , فِي , عَلَى , quod vsu discendum, & ex dictionariis.

Verba quædam vsque adeò tenacia sunt præpositionum, vt eas etiam non sequēte nomine exigant: vt, لَا أَقْدِرُ عَلَى أَنْ أَقُولَ *non possum super vt dicam*, id est, *nequeo dicere*.

Instrumentum per Genitiuū præfixo بِ effertur, Motus

Motus ad rem cum إلي & في : à re cum عن & من. Sed nota verba veniendi eleganter etiam per ellipsin præpositionis إلي cum accusatiuo construi. vt جاءني *venit ad me*, أتيتك *veni ad te*, pro جاء إلي, أتيت إليك.

Ad *quando* & *quamdiu* respondetur per Accusatiuũ; ad *quanto tempore*, per genitiuum, præmisso في.

Gerundium in *do*, seu Participium quomodo res geratur explicans, per Accus. Participii Actiui effertur: vt جاء راكبا *venit equitans*, seu *equitando* صرخ نايما *vociferatur dormiẽs*. ياكل واقفا *edit stans*,

Gerundium in *dum*, vel, vt verbo dicam, *finis*, per Acc. Nominis verbalis exprimitur, vt ضربته تاديبا *verberaui eum ad erudiendum*, id est, *vt erudirem eum*.

Quod Latini post *quoad* vel *ratione*, *respectu*, id per nudum Acc. hîc effertur, vt طاب يسحاق نفسا *bonus est Isaac quoad animam*. لا مات يسوع الا هية بل مات ناسوتا *Non mortuus est Iesus ratione naturæ diuinæ, sed mortuus est ratione naturæ humanæ*.

Infinitiuus verbo suo aut alii eiusdem notionis, signi-

significationis augendæ causâ appositus, est casus Accusatiui; vt ضَرَبْتُهُ ضَرْبًا *verberaui eum verberando.* قُمْتُ وُقُوفًا *steti stando.*

Atque in his omnibus Accusatiui terminatio aduerbialem significationem nomini videtur inducere.

Pro Infinitiuo autem nostro adhibetur verbale: vt أُرِيدُ ضَرْبًا *cupio verberationem*, id est, *verberare*, لَا أَقْدِرُ عَلَى الضَّرْبِ *non possum verberare*: aut futurum præposito أَنْ, vt أُرِيدُ أَنْ أَسْمَعَ *cupio audire.*

Sed verba Notitiæ & Opinionis eleganter adsciscunt duplicem Accusatiuum: vt ظَنَنْتُ أَبَاكَ غَنِيًّا *opinor patrem tuum esse diuitem*; عَلِمْتُ زَيْدًا بَخِيلًا *scio Zeydum auarum esse.*

CAPVT TERTIVM,

De Syntaxi Particularum.

CONIVNCTIONES copulatiuæ similes casus coniungunt: secus tamen interdum accidit, cùm Nomen præcedens est Vocatiuus; aut Nominatiuus cum Accusatiui terminatione: qua de re aliâs.

Præpositiones omnes tum coniunctæ tum separatæ regunt genitiuum:

فيها

فِي بَيْتٍ *in domo*, بِبَيْتٍ idem: لِلّٰهِ *Deo*, تَحْتَ مَائِدَةٍ, *ſub menſa*, &c. Sed exceptiuæ, حَاشَا عَدَا خَلَا ſæpe quoque Accuſ. regunt; vt: قَامَ الْقَوْمُ خَلَا زَيْدًا & خَلَا زَيْدٍ, *ſtat populus præter Zeydum*. إِلَّا autem, cùm oratio eſt affirmans, regit Accuſatiuum, vt غَرِقَ النَّاسُ إِلَّا نُوحًا *ſubmerſi ſunt homines præter Noachum*. ſi negans, & nomen vnde fit exceptio ſubticeatur, exceptum Nominis ſubintellecti caſum accipit: vt مَا قَامَ إِلَّا زَيْدٌ *non ſtat* (ſcilicet, *quiſquam*) *niſi Zeidum*: مَا رَأَيْتُ إِلَّا نُوحًا *non vidi niſi Noachum*. ſi verò exprimatur illud nomen, exceptum indifferenter aut eiuſdem cum illo caſus eſt, aut Accuſatiui: vt مَا قَامَ أَحَدٌ إِلَّا نُوحٌ & إِلَّا نُوحًا *non ſtat quiſquam præter Noachum*. غَيْرُ autem سِوَى, سُوَى & سَوَاءُ, regulariter perpetuò regunt genitiuum, ſed ipſæ terminationem mutant eo modo quo exceptũ per إِلَّا: nam in affirmatione terminantur phathâ, in negatione, eâ vocali quâ nomen præcedens, aut phatha ſi nomen illud exprimatur: vt خَرَجَ الْقَوْمُ غَيْرَ زَيْدٍ, *egreſſus eſt populus præter Zeidum*, مَا خَرَجَ غَيْرُ زَيْدٍ *non*

non est egressus nisi Zeidum, مَا ضَرَبْتُ غَيْرَ زَيْدٍ *non verberaui nisi Zeidum,* مَا خَرَجَ إِنْسَانٌ غَيْرَ زَيْدٍ & غَيْرُ زَيْدٍ *non est egressus quisquam præter Zeydum,* &c. Obserua autem per hanc voculam غَيْرٌ solere exprimi nostra composita per *in*: vt غَيْرُ مُكَمَّلٍ *imperfectus,* غَيْرُ مُكَمَّلَةٍ *imperfecta.*

FINIS GRAMMATICAE ARABICAE.

Errata crafsiora fic corrige.

أيدي

vide pag. 160.

pag. 38. l. 2. eius post kefre, *& lin 13.*

بيع

pag. 39. l. 1.

شكوي

& lin. 4.

مرموي pro مرمي

41. l. 11. cum (puellis) & lin. vlt.

صَحّ.

46. l. 11.

وبولس.

15. وهو

16. فانكسر

19. فاقتصر

49. l. 17.

هاهنا

51. l. 16. تعرفه

pag 34. l. 4 lege دامرأة

& fub Mafculino امرو

comprehende quoq. امرا

idem fignificans.

lineâ autem 6. lege,

إذنم idē quod إذن

paginâ 37. Canon fecundus ي, *pofitis iis quæ Cap. 11. libri 3. dicũtur de* ي *affixo, commodè omitti poteft. Canonem autem quartum* ي *velim hoc modo concipi:*

ي finale poft kefre non fert dfham vel kefre, fed iis abiectis quiefcit, vt

ديرمبي pro ديرمبي

fi adfit nun vocale, id ad kefre reiicitur, & ي excidit, *vt* رام *pro*

أين درامي *pro*

Pagina tertiâ, columnâ primâ, lineâ fextâ dele

ك.

pag. 20. l. 9. lege

م. & ف.

pap. 23. l. 12. pronuntiant ae.

25. l. 2.

قصر

& lin. vlt. (ه)

26. l. 13. in pronuntiatione periens.

27. l. 17.

لوميير

pag. 30. lin. 3. pro م *fcribe* و, *& regulæ adde* vt plurimum.

31. lin. 5.

أولئك pro

أولائك.

pag. 32. lin. 2. loco vltimi exempli fcribe,

ايبزر pro ازر

cinge. & fic quoque lin. 8. & vltimâ pro

ايمل *fcribe* ايزر

cinge.

&

107. l. 1. يغزو

& l. vlt. غازٍ

109. l. 2. تغزين

& ترمين

115. l. 10. أدي يذبي من

124. l. 14. مضرب

& in fine pro منحر

signante initium sequentis paginæ, pone مشرق

128. l. 14. deriuatiuis, eiusdem.

130 l. 12. إنسان

133. l. 1. فرسيّ

134. l. 6. مريم

&

66 lin. vlt. prima communis ponitur loco secundæ fœm.

67. l. vlt. منصوارات

68. l. 12. لينتصر

73. l. 9. مفعالٌ

76. l. 1. مُدّوا

& l. vlt. أمدّي

78. l. 1. يعض

pag. 80. l. 7. tertia fœm. ponitur loco sec. masc.

83. l. vlt. مأذور

99. l. 10. اسودّ ابيضّ

100. l. 6. استجوب

104 l. 13. رضينت

& l. 14. رضوت

& تحبّه

pag. 53. ante نصرتنّ

pone نصرن

& attolle نصروا

hoc enim est Masculinum tantùm, non commune, habetque fœm. نصرن

quod in translatione typorum è maiori Grammatica forma in hanc minorem excidit.

pag. 54. l. penult. ناصران

& ultima ناصرتان

56. l. 6. قبح

& يقبح

pag. 62. l. 8. & 9. تشرب

& l. 11. يشرب

64. l. 4. انصرانّ

163. l. 4. Proprii, aut. 165. l. 8.

أَصْغَرُ.

Porrò in Nominibus nonnullis inuariabilibus (de quibus agitur pag. 157.) apponitur pag. 30, & 136. ac aliis quibusdam in locis nun vocale, quod delendum est. Reliqui errores, si qui sunt, difficultatem nullam habent.

159. l. 6.

عُيَيْشَةٌ

& lin. pen.

غَضَوٍ، غَضَوٌ pro

162. l. 3. وَمَا،

& 16. لَا.

& *sic alibi.*
135. l. 9. verò, 141. l. 10.

دَعْوَى & دَعْوَةٌ.

151. l. 18.

أَنْفُسٌ

115. l. 7. مَاءٌ

156. l. 11. رَجُلٍ

AD LECTOREM.

Hoc *vnum porrò monendus es Lector: cùm plures concurrunt voces Arabicæ nullâ voculâ aut distinctione Latinâ separatæ, initium lectionis ab eâ faciendum esse, quæ Latino more vltima foret: alioqui inchoandum esse ab illâ dictione, quæ voculam Latinam* et, *aut similem, vel distinctionem commatis aut aliam post se habet.*